- 5 Sed et eum inpendio magis ex rebus gestis quam ex illo ostento virum esse virtutis divinae creditum est.
- 6 Id etiam dicere haut piget, quod idem illi quos supra nominavi litteris mandaverint, Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularet, in Capitolium ventitare ac iubere aperiri cellam Iovis atque ibi solum diu demorari, quasi consultantem de republica cum Iove, aeditumosque eius templi saepe esse demiratos, quod solum id temporis in Capitolium ingredientem canes semper in alios saevientes neque latrarent eum neque incurrerent.
- 7 Has volgi de Scipione opiniones confirmare atque approbare videbantur dicta factaque eius pleraque admiranda. Ex quibus est unum huiusmodi:
- 8 Assidebat oppugnabatque oppidum in Hispania, situ,¹ moenibus, defensoribus validum et munitum, re etiam cibaria copiosum, nullaque eius potiundi spes erat, et quodam die ius in castris sedens dicebat
- 9 atque ex eo loco id oppidum procul visebatur. Tum

¹ situm, ω , corrected in ζ .

¹ A similar story is told of Augustus (Suet. *Aug.* xciv. 4) as well as of Alexander the Great (§ 1 and Livy, xxvi. 19. 7).

² At Zama, 202 B.C.

³ As well as Alexander and Augustus; see note 1.

⁴ The name *Capitolium* was applied to the southern summit of the Capitoline Hill, and also to the temple of *Jupiter Optimus Maximus*. The temple contained three shrines, to Jupiter, Juno, and Minerva.

ence the indications and sensation of conception.¹ Afterwards, in the tenth month, she gave birth to that Publius Scipio who conquered Hannibal and the Carthaginians in Africa in the second Punic war.² But it was far more because of his exploits than because of that prodigy that he too³ was believed to be a man of godlike excellence.

This too I venture to relate, which the same writers that I mentioned before have put on record: This Scipio Africanus used often to go to the Capitolium in the latter part of the night, before the break of day, give orders that the shrine of Jupiter be opened,⁴ and remain there a long time alone, apparently consulting Jupiter about matters of state; and the guardians of the temple were often amazed that on his coming to the Capitolium alone at such an hour the dogs,⁵ that flew at all other intruders, neither barked at him nor molested him.

These popular beliefs about Scipio seemed to be confirmed and attested by many remarkable actions and sayings of his. Of these the following is a single example: He was engaged in the siege of a town⁶ in Spain, which was strongly fortified and defended, protected by its position, and also well provisioned; and there was no prospect of taking it. One day he sat holding court in his camp, at a point from which there was a distant view of the town.

¹ The temple was guarded at night by dogs, as were doubtless other similar places, and as it is said that the ruins of Pompeii are to-day. Geese were also used for the purpose; see Cic. *pro Sex. Rosc.* 56, *anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio, ut significant, si fures venerint.*

⁶ According to Valerius Maximus, iii. 7. 1, the town was Badia.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- e militibus, qui in iure apud eum stabant, interrogavit quispiam ex more in quem diem locumque
10 vadimonium promitti iuberet; et Scipio, manum ad ipsam oppidi quod obsidebatur arcem protendens, "Perendie," inquit, "sese sistant illo in loco."
11 Atque ita factum; die tertio, in quem vadari iusserat, oppidum captum est eodemque eo¹ die in arce eius oppidi ius dixit.

II

De Caeselli Vindicis pudendo errore, quem offendimus in libris eius quos inscripsit *Lectionum Antiquarum*.

- 1 TURPE erratum offendimus in illis celebratissimis commentariis *Lectionum Antiquarum* Caeselli Vindicis, hominis hercle pleraque haut indiligentis.
- 2 Quod erratum multos fugit, quamquam multa in Caesellio reprehendendo etiam per calumnias rimentur.
- 3 Scripsit autem Caesellius Q. Ennium in XIII. *Annali* "cor" dixisse genere masculino.
- 4 Verba Caeselli subiecta sunt: "Masculino genere, ut multa alia, enuntiavit Ennius. Nam in XIII.
- 5 *Annali* 'quem cor' dixit." Ascripsit deinde versus Ennii duo:

Hannibal audaci dum pectore de me hortatur
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor?

¹ eo omitted by RV.

BOOK VI. 1. 9-II. 5

Then one of the soldiers who were on trial before him asked in the usual way on what day and in what place he bade them give bail for their appearance. Then Scipio, stretching forth his hand towards the very citadel of the town which he was besieging, said: "Appear the day after to-morrow in yonder place." And so it happened; on the third day, the day on which he had ordered them to appear, the town was captured, and on that same day he held court in the citadel of the place.

II

Of a disgraceful blunder of Caesellius Vindex, which we find in his work entitled *Archaic Terms*.

IN those highly celebrated notes of Caesellius Vindex *On Archaic Terms* we find a shameful oversight, although in fact the man is seldom caught napping. This error has escaped the notice of many, in spite of their diligent search for opportunities to find fault with Caesellius, even through misrepresentation. Now, Caesellius wrote that Quintus Ennius, in the thirteenth book of his *Annals*, used *cor* in the masculine gender.

I add Caesellius' own words: "Ennius used *cor*, like many other words, in the masculine gender; for in *Annals* xiii. he wrote *quem cor*." He then quoted two verses of Ennius¹:

While Hannibal, of bold breast, did me exhort
Not to make war, what heart thought he was
mine?

¹ 381 ff., Vahlen².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 Antiochus est qui hoc dixit, Asiae rex. Is admiratur
et permovetur, quod Hannibal Carthaginensis bellum
7 se facere populo Romano volentem dehortetur. Hos
autem versus Caesellius sic accipit, tamquam si An-
tiochus sic dicat: "Hannibal me ne bellum geram
dehortatur; quod cum facit, ecquale putat cor
habere me et quam stultum esse me credit, cum id
mihi persuadere vult?"
- 8 Hoc Caesellius quidem, sed aliud longe Ennius.
9 Nam tres versus sunt, non duo, ad hance Ennii
sententiam pertinentes, ex quibus tertium versum
Caesellius non respexit:
- Hannibal audaci dum pectore de me hortatur
Ne bellum faciam, quem credidit esse meum cor
Suasorem summum et studiosum robore belli.
- 10 Horum versuum sensus atque ordo sic, opinor, est:
"Hannibal ille audentissimus atque fortissimus,
quem ego credidi"—hoc est enim: "cor meum
credidit," proinde atque diceret "quem ego stultus
homo credidi"—"summum fore suasorem ad bellan-
dum, is me dehortatur dissuadetque ne bellum
11 faciam." Caesellius autem forte *ῥαθυμότερον* iunctura
ista verborum captus "quem cor" dictum putavit et
"quem" accentu acuto legit, quasi ad "cor" refer-
12 retur, non ad "Hannibalem." Sed non fugit me, si
aliquis sit tam inconditus, sic posse defendi "cor"
Caeselli masculinum, ut videatur tertius versus
separatim atque divise legendus, proinde quasi prae-
cisis interruptisque verbis exclamet Antiochus:
"suasorem summum!" Sed non dignum est eis
qui hoc dixerint responderi.

¹ Antiochus did not follow Hannibal's advice and suffered
a crushing defeat at Thermopylae in 191 B.C.

The speaker is Antiochus, king of Asia. He is surprised and indignant that Hannibal, the Carthaginian, discourages his desire to make war on the people of Rome.¹ Now, Caesellius understands the lines to mean that Antiochus says: "Hannibal dissuades me from making war. In so doing, what kind of heart does he think I have, and how foolish does he believe me to be, when he gives me such advice?"

So Caesellius; but Ennius' meaning was quite different. For there are three verses, not two, which belong to this utterance of the poet's, and Caesellius overlooked the third verse:

Through valour war's great advocate and friend.

The meaning and arrangement of these three verses I believe to be this: "Hannibal, that boldest and most valiant of men, who I believed (for that is the meaning of *cor meum credidit*, exactly as if he had said "who I, foolish man, believed") would strongly advise war, discourages and dissuades me from making war." Caesellius, however, somewhat carelessly misled as to the connection of the words, assumed that Ennius said *quem cor*, reading *quem* with an acute accent,² as if it belonged with *cor* and not with *Hannibal*. But I am well aware that one might, if anyone should have so little understanding, defend Caesellius' masculine *cor* by maintaining that the third verse should be read apart from the others, as if Antiochus had exclaimed in broken and abrupt language "a mighty adviser!" But those who would argue thus do not deserve a reply.

¹ The interrogative *quem* would be stressed (have "an acute accent"), while the relative *quem* would not (*i.e.*, would have a grave accent).

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

III

Quid Tiro Tullius, Ciceronis libertus, reprehenderit in M. Catonis oratione quam pro Rodiensibus in senatu dixit; et quid ad ea, quae reprehenderat, responderimus.

1 CIVITAS Rodiensis et insulae opportunitate et
operum nobilitatibus et navigandi sollertia navali-
2 busque victoriis celebrata est. Ea civitas, cum
amica atque socia populi Romani foret, Persa tamen,
Philippi filio, Macedonum rege, cum quo bellum
populo Romano fuit, amico usa est, conixique sunt
3 Rodienses legationibus Romam saepe missis id
bellum inter eos componere. Sed, ubi ista pacificatio
perpetrari nequivit, verba a plerisque Rodiensibus
in contionibus eorum ad populum facta sunt, ut, si
pax non fieret, Rodienses regem adversus populum
4 Romanum adiutarent. Sed nullum super ea re
5 publicum decretum factum est. At ubi Perses
victus captusque est, Rodienses pertimere ob ea
quae conpluriens in coetibus populi acta dictaque
erant, legatosque Romam miserunt, qui temeritatem
quorundam popularium suorum deprecarentur et
6 fidem consiliumque publicum expurgarent. Legati
postquam Romam venerunt et in senatum intro-

¹ The second Macedonian war, 171-168 B.C. The Rhodians sided with the Romans until 169 B.C., when they sent envoys to the Roman head-quarters and to the senate, declaring that they would no longer tolerate a war which injured their traffic with Macedonia and diminished their revenues; that they were disposed to declare war against the party which should refuse to make peace, and that they had already formed an alliance with Crete and with the Asiatic cities. The Romans, who had in the past treated the Rhodians with special favour, were indignant and glad of the opportunity to humble the presumptuous State. When it was

III

What Tullius Tiro, Cicero's freedman, criticized in the speech which Marcus Cato delivered in the senate in defence of the Rhodians; and our answer to his strictures.

THE State of Rhodes is famed for the happy situation of the island, its celebrated works of art, its skill in seamanship and its naval victories. Although a friend and ally of the Roman people, that State was on cordial terms with Perses, son of Philip and king of Macedon, with whom the Romans were at war; ¹ accordingly, the Rhodians often sent envoys to Rome and tried to reconcile the contending parties. But when their attempts at peace-making failed, many of the Rhodians harangued the people in their assemblies, urging that if peace were not made, the Rhodians should aid the king in his contest with the people of Rome; but as to that question no official action was taken. When, however, Perses was defeated and taken prisoner, the Rhodians were in great fear because of what had been said and done on many occasions in the popular assemblies; and they sent envoys to Rome, to apologize for the hastiness of some of their fellow-citizens and vindicate their loyalty as a community. When the envoys reached Rome and were admitted to the

proposed in the senate to declare war upon Rhodes, the Rhodians resorted to every means of placating the Romans. Cato pleaded their cause, pointing out that they had committed no offence, unless the Romans wished to punish mere wishes and thoughts. His words, however, were in vain. The senate deprived the Rhodians of their possessions on the mainland and humiliated them in other ways. Alliance with Rhodes was not renewed until 164 B.C., and then only after many entreaties.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- missi sunt, verbisque suppliciter pro causa sua factis e curia excesserunt, sententiae rogari coeptae;
- 7 cumque partim senatorum de Rodiensibus quererentur maleque animatos eos fuisse dicerent bellumque illis faciendum censerent, tum M. Cato exurgit et optimos fidissimosque socios, quorum opibus diripiendis possidendisque non pauci ex summatibus viris intenti infensique erant, defensum conservatumque pergit orationemque inclutam dicit, quae et seorsum fertur inscriptaque est *Pro Rodiensibus* et in quintae *Originis* libro scripta est.
- 8 Tiro autem Tullius, M. Ciceronis libertus, sane quidem fuit ingenio homo eleganti hautquaquam rerum litterarumque veterum indoctus, eoque ab ineunte aetate liberaliter instituto adminiculatore et quasi administro in studiis litterarum Cicero usus
- 9 est. Sed profecto plus ausus est quam ut tolerari
- 10 ignoscique possit. Namque epistulam conscripsit ad Q. Axium, familiarem patroni sui, confidenter nimis et calide, in qua sibimet visus est orationem istam *Pro Rodiensibus* acri subtilique iudicio percensuisse. Ex ea epistula lubitum forte nobis est reprehensiones eius quasdam attingere, maiore scilicet venia reprehensuri Tironem, cum ille reprehenderit Catonem.
- 12 Culpavit autem primum hoc, quod Cato "inerudite et ἀναγώγως," ut ipse ait, principio nimis insolenti nimisque acri et obiurgatorio usus sit, cum vereri sese ostendit ne patres, gaudio atque laetitia

¹ p. 9, Lion.

senate, after having humbly pleaded their cause they left the House, and the senators were called upon for their opinions. When some of the members complained of the Rhodians, declaring that they had been disloyal, and recommended that war be declared upon them, then Marcus Cato arose. He endeavoured to defend and save our very good and faithful allies, to whom many of the most distinguished senators were hostile through a desire to plunder and possess their wealth; and he delivered that famous speech entitled *For the Rhodians*, which is included in the fifth book of his *Origins* and is also in circulation as a separate publication.

Now Tullius Tiro, Marcus Cicero's freedman, was unquestionably a man of refined taste and by no means unacquainted with our early history and literature. He had been liberally educated from his earliest years, and Cicero found in him an assistant, and in a sense a partner, in his literary work. But surely Tiro showed more presumption than can be tolerated or excused. For he wrote a letter¹ to Quintus Axius, a friend of his patron, with excessive assurance and warmth, in which, as he imagined, he criticized that speech *For the Rhodians* with keen and fine judgment. It chanced to take my fancy to touch upon certain of the animadversions which he makes in that letter, and I shall doubtless be the more readily pardoned for finding fault with Tiro, because he took Cato to task.

His first charge was that Cato, "ignorantly and absurdly," to use Tiro's own language, made use of a preamble which was excessively arrogant and excessively severe and fault-finding, in which he declared that he feared lest the fathers, having their

- rerum prospere gestarum de statu mentis suae deturbati, non satis consiperent neque ad recte
 13 intellegendum consulendumque essent idonei. "In principiiis autem," inquit, "patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi et complacare iudices debent sensusque eorum expectatione causae suspensos rigentesque honorificis verecundisque sententiis commulcere, non iniuriis atque imperiosis minationibus
 14 confutare." Ipsum deinde principium apposuit, cuius verba haec sunt: "Scio solere plerisque hominibus rebus¹ secundis atque prolixis atque prosperis² animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. Quo mihi nunc magnae curae est, quod haec res tam secunde processit, ne quid in consulendo advorsi eveniat, quod nostras secundas res confutet, neve haec laetitia nimis luxuriose eveniat. Advorsae res edomant et docent quid opus siet facto, secundae res laetitia transvorsum trudere solent a recte consulendo atque intellegendo. Quo maiore opere dico suadeoque uti haec res aliquot dies proferatur, dum ex tanto gaudio in potestatem nostram redeamus."
 15 "Quae deinde Cato iuxta dicit, ea," inquit, "confessionem faciunt, non defensionem, neque propulsationem translationemve criminis habent, sed cum pluribus aliis communicationem, quod scilicet nihili³ ad purgandum est. Atque etiam," inquit, "insuper profitetur Rodienses, qui accusabantur quod adversus populum Romanum regi magis

¹ in rebus, Gell. xiii. 25. 14.

² *Damsté regards atque prosperis as a gloss.*

³ nihili, suggested by *Hosius*; nihil, *ω*.

¹ *Origines*, v. 1, Jordan.

minds upset by joy and exultation at their success, might act unwisely and be in no state of mind for understanding and deliberating aright. Tiro says: "Advocates who are pleading for clients ought in their opening remarks to win over and propitiate the jurors with complimentary and respectful language; they ought, while their minds, as they wait to hear the case, are still in suspense and cool, to render them complacent, and not to arouse contradiction by insults and arrogant threats." Then he has given us Cato's own preamble, which runs as follows:¹ "I am aware that in happy, successful and prosperous times the minds of most men are wont to be puffed up, and their arrogance and self-confidence to wax and swell. Therefore I am now gravely concerned, since this enterprise has gone on so successfully, lest something adverse may happen in our deliberations, to bring to naught our good fortune, and lest this joy of ours may become too extravagant. Adversity subdues and shows what ought to be done; prosperity, since it inspires joy, commonly turns men aside from wise counsel and right understanding. Therefore it is with the greater emphasis that I advise and urge that this matter be put off for a few days, until we regain our self-command after so great rejoicing."

"Then what Cato says next," continues Tiro, "amounts to a confession rather than a defence; for it does not contain a refutation or shifting of the charge, but the sharing of it with many others, which of course amounts to nothing in the way of excuse. Moreover," says Tiro, "he also acknowledges that the Rhodians, who were accused of favouring the king's cause against the Roman people

cupierint faverintque, id eos cupisse atque favisse utilitatis suae gratia, ne Romani Perse quoque rege victo ad superbiam ferociamque et inmodicum modum insolescerent." Eaque ipsa verba ponit, ita ut infra scriptum: "Atque ego quidem arbitror Rodienses noluisse nos ita depugnare, uti depugnatum est, neque regem Persen vinci. Sed non Rodienses modo id noluerunt, sed multos populos atque multas nationes idem noluisse arbitror atque haut scio an partim eorum fuerint, qui non nostrae contumeliae causa id noluerint evenire; sed enim id metuere,¹ ne² si nemo esset homo quem vereremur, quidquid luberet faceremus. Ne sub solo imperio nostro in servitute nostra essent, libertatis suae causa in ea sententia fuisse arbitror. Atque Rodienses tamen Persen publice numquam adiuvere. Cogitate quanto nos inter nos privatim cautius facimus. Nam unusquisque nostrum, si quis adversus rem suam quid fieri arbitrantur, summa vi contra nititur, ne adversus eam fiat; quod illi tamen perpassi."

17 Sed, quod ad principium reprehensum attinet, scire oportuit Tironem, defensos esse Rodienses a Catone, sed ut a senatore et consulari et censorio viro, quidquid optimum esse publicum existimabat suadente, non ut a patrono causam pro reis dicente.

18 Alia namque principia conducunt reos apud iudices defendenti et clementiam misericordiamque undique

¹ metuentes, *Damsté*; metueres nemo, *P.*

² ne added by *A. Schaefer*.

¹ *Origines*, v. 2, Jordan.

and wishing him success, did so from motives of self-interest, for fear that the Romans, already proud and self-confident, with the addition of a victory over king Perses might become immoderately insolent." And he gives Cato's own words, as follows :¹ " And I really think that the Rhodians did not wish us to end the war as we did, with a victory over king Perses. But it was not the Rhodians alone who had that feeling, but I believe that many peoples and many nations agreed with them. And I am inclined to think that some of them did not wish us success, not in order that we might be disgraced, but because they feared that if there were no one of whom we stood in dread, we would do whatsoever we chose. I think, then, that it was with an eye to their own freedom that they held that opinion, in order not to be under our sole dominion and enslaved to us. But for all that, the Rhodians never publicly aided Perses. Reflect how much more cautiously we deal with one another as individuals. For each one of us, if he thinks that anything is being done contrary to his interests, strives with might and main to prevent it; but they in spite of all permitted this very thing to happen."

Now as to his criticism of Cato's introduction, Tiro ought to have known that although Cato defended the Rhodians, he did so as a senator who had been consul and censor and was recommending what he thought was best for the public welfare, not as an advocate pleading the cause of the accused. For one kind of introduction is appropriate for a man who is defending clients before jurors and striving in every way to excite pity and compassion; quite another for a man of eminent authority, when the

indaganti, alia, cum senatus de republica consulitur,
viro auctoritate praestanti, sententiis quorundam
iniquissimis permoto et pro utilitatibus publicis ac
pro salute sociorum graviter ac libere indignanti
19 simul ac dolenti. Quippe recte et utiliter in disci-
plinis rhetorum praecipitur, iudices de capite alieno
deque causa ad sese non pertinenti cognituros, ex qua
praeter officium iudicandi nihil ad eos vel periculi
vel emolumenti redundaturum est, conciliandos esse
ac propitiandos placabiliter et leniter existimationi
20 salutique eius qui apud eos accusatus est. At cum
dignitas et fides et utilitas omnium communis
agitur, ob eamque rem aut suadendum quid ut
fiat, aut, fieri iam coepto, differendum est, tum
qui se in eiusmodi principiis occupat, ut benivolos
benignosque sibi auditores paret, otiosam operam
21 in non necessariis verbis sumit. Iamdudum enim
negotia, pericula ipsa rerum communia consiliis eos
capiendis conciliant et ipsi potius sibi exposcunt
22 consultoris benivolentiam. Sed quod ait confessum
Catonem noluisse Rodiensis ita depugnari, ut de-
pugnatum est, neque regem Persem a populo
Romano vinci, atque id eum dixisse non Rodienses
modo, sed multas quoque alias nationes noluisse,
sed id nihil ad purgandum extenuandumve crimen
valere, iam hoc primum Tiro inprobe mentitur.
23 Verba ponit Catonis et aliis tamen eum verbis

¹ That is, towards the welfare of the State. Tiro seems to be making a word-play, using *benivolos* and *benivolentiam* in the same sense, but with a different application.

senate is asked for its opinion on a matter of State, and when, indignant at the highly unjust opinions of some of the members, he gives plain and emphatic expression at once to his indignation and his sorrow, speaking in behalf of the public welfare and the safety of our allies. Indeed, it is a proper and salutary rule of the schools of rhetoric, that jurors who are to pass judgment on the person of a stranger and on a case which does not personally concern them (so that apart from the duty of acting as jurors no danger or emolument will come to them) ought to be conciliated and induced by mild and soothing language to have regard for the reputation and safety of the prisoner at the bar. But when the common prestige, honour and advantage of all are involved, and therefore one must advise what is to be done, or what must be put off that has already been begun, then one who busies oneself with an introduction designed to make his hearers friendly and kindly disposed towards himself wastes his efforts in needless talk. For the common interests and dangers have themselves already disposed the jurors to listen to advice, and it is rather they themselves that demand good-will¹ on the part of their counsellor. But when Tiro says that Cato admitted that the Rhodians did not wish the Romans to fight as successfully as they did, and king Perses to be conquered by the Roman people, and when he asserts that he declared that not the Rhodians alone, but many other nations too, had the same feeling, but that this availed nothing in excuse or extenuation of their fault—in this very first point Tiro is guilty of a shameless lie. He quotes Cato's words, yet misrepresents him by giving them a false interpretation.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 24 calumniatur. Non enim Cato confitetur noluisse Rodienses victoriam esse populi Romani, sed sese arbitrari dixit id eos noluisse, quod erat procul dubio opinionis suae professio, non Rodiensium
- 25 culpa^e confessio. In qua re, ut meum quidem iudicium est, non culpa tantum vacat, sed dignus quoque laude admirationeque est, cum et ingenue ac religiose dicere visus est contra Rodienses quod sentiebat et, parta sibi veritatis fide, ipsum illud tamen, quod contrarium putabatur, flexit et trans- tulit, ut eos idcirco vel maxime aequum esset acceptiores carioresque fieri populo Romano, quod cum et utile iis esset et vellent regi esse factum, nihil tamen adiuvandi eius gratia fecerunt.
- 26 Postea verba haec ex eadem oratione ponit: “Ea nunc derepente tanta beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus? quod illos dicimus voluisse facere, id nos priores facere occupabimus?”
- 27 “Hoc,” inquit, “enthymema nequam et vitiosum est. Responderi enim potuit: ‘Occupabimus certe; nam, si non occupaverimus, opprimemur inciden- dumque erit in insidias a quibus ante non cave-
- 28 rimus.’ Recteque,” inquit, “hoc vitio dat Lucilius poetae Euripidae, quod, cum Polyphontes rex prop- terea se interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante

¹ Cf. i. 6. 6.

² v 3, Jordan.

For Cato does not admit that the Rhodians did not wish the Roman people to be victorious, but said that he thought they did not; and this was unquestionably an expression of his own opinion, not an concession of the guilt of the Rhodians. On this point, in my judgment at least, Cato is not only free from reproach, but is even deserving of praise and admiration. For he apparently expressed a frank and conscientious opinion adverse to the Rhodians; but then, having established confidence in his candour,¹ he so changed and shifted that very statement which seemed to militate against them, that on that account alone it seemed right that they should be more highly esteemed and beloved by the people of Rome; inasmuch as they took no steps to aid the king, although they wished him to succeed and although his success would have been to their advantage.

Later on, Tiro quotes the following words from the same speech:² "Shall we, then, of a sudden abandon these great services given and received and this strong friendship? Shall we be the first to do what we say they merely wished to do?" "This," says Tiro, "is a worthless and faulty argument."³ For it might be replied: 'Certainly we shall anticipate them, for if we do not, we shall be caught unawares and must fall into the snares against which we failed to guard in advance.' Lucilius," he says, "justly criticizes⁴ the poet Euripides for this reason, that when king Polyphontes declared that he had killed his brother, because his brother had

¹ An enthymeme in logic was an argument consisting of two propositions, the antecedent and its consequence.

⁴ 1169, Marx.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

de nece eius consilium cepisset, Meropa fratris uxor
hisce adeo eum¹ verbis eluserit :

Εἰ γὰρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φήσ, κτείνειν πόσις,
Χρῆ καὶ σὲ μέλλειν, ὡς χρόνος παρήλυθεν.

- 29 At hoc enim," inquit, "plane stultitiae plenum
est, eo consilio atque ea fini facere velle aliquid,
30 uti numquam id facias quod velis." Sed videlicet
Tiro animum non advertit non esse in omnibus
rebus cavendis eandem causam, neque humanae
vitae negotia et actiones et officia vel occupandi vel
differendi vel etiam ulciscendi vel cavendi similia
31 esse pugnae² gladiatoriae. Nam gladiatori com-
posito ad pugnandum pugnae haec proposita sors
est, aut occidere, si occupaverit, aut occumbere, si
32 cessaverit. Hominum autem vita non tam iniquis
neque tam indomitibus necessitatibus conscripta est,
ut idcirco prior iniuriam facere debeas, quam nisi
33 feceris pati possis. Quod tantum aberat a populi
Romani mansuetudine, ut saepe iam in sese factas
iniurias ulcisci neglexerit.
- 34 Post deinde usum esse Catonem dicit in eadem
oratione argumentis parum honestis et nimis auda-
cibus ac non viri qui alioqui fuit,³ sed vafri ac falla-
ciosis et quasi Graecorum sophistarum sollertiis.
- 35 "Nam cum obiceretur," inquit, "Rodiensibus quod
bellum populo Romano facere voluissent, negavit
poena esse dignos, quia id non fecissent, etsi maxime
voluissent," induxisseque eum dicit quam dialectici

¹ adeo eum, *Hertz*; ad eum, ω.

² pugnae et gl., ω; et omitted in ζ.

³ qui alioqui fuit, *Hosius*; qui ante fuit, *Damsté*; alius, *Scioppius*; alio, ω.

¹ Fr. 451, Nauck².

previously planned to slay him, Meropa, his brother's wife, confuted the king with these words¹:

If, as you say, my husband planned your death,
You too should only plan, till that time came.

But that," says Tiro, "is altogether full of absurdity, to wish to do something, and yet have the design and purpose of never doing what you wish to do." But, as a matter of fact, Tiro failed to observe that the reason for taking precautions is not the same in all cases, and that the occupations and actions of human life, and the obligations of anticipation or postponement or even of taking vengeance or precautions, are not like a combat of gladiators. For to a gladiator ready to fight the fortune of battle offers the alternative, either to kill, if he should conquer, or to die, if he should yield. But the life of men in general is not restricted by such unfair or inevitable necessities that one must be first to commit an injury in order to avoid suffering injury. In fact, such conduct was so alien to the humanity of the Roman people that they often forbore to avenge the wrongs inflicted upon them.

Then Tiro says that later in that same speech Cato used arguments that were disingenuous and excessively audacious, not suited to the character which Cato showed at other times, but cunning and deceitful, resembling the subtleties of the Greek sophists. "For although," says he, "he charged the Rhodians with having wished to make war on the Roman people, he declared that they did not deserve punishment, because they had not made war in spite of their strong desire to do so." He says that Cato introduced what the logicians call an

ἐπαγωγὴν appellant, rem admodum insidiosam et
 sophisticam neque ad veritates magis quam ad
 captiones repertam, cum conatus sit exemplis deci-
 pientibus conligere confirmareque, neminem qui
 male facere voluit plecti aequum esse, nisi quod
 36 factum voluit etiam fecerit. Verba autem ex ea
 oratione M. Catonis haec sunt; "Qui acerrime
 adversus eos dicit, ita dicit 'hostes voluisse fieri.'
 Ecquis est tandem, qui vestrorum, quod ad sese
 attineat, aequum censeat poenas dare ob eam rem,
 quod arguatur male facere voluisse? Nemo, opinor;
 37 nam ego, quod ad me attinet, nolim." Deinde
 paulo infra dicit: "Quid nunc? Ecqua tandem
 lex est tam acerba, quae dicat 'si quis illud facere
 voluerit, mille, minus dimidium familiae, multa esto;
 si quis plus quingenta iugera habere voluerit, tanta
 poena esto; si quis maiorem pecuum numerum
 habere voluerit, tantum damnas esto?' Atqui nos
 omnia plura habere volumus et id nobis impune
 38 est." Postea ita dicit: "Sed si honorem non
 aequum est haberi ob eam rem, quod bene facere
 voluisse quis dicit neque fecit tamen, Rodiensibus
 oberit, quod non male fecerunt, sed quia voluisse
 39 dicuntur facere?" His argumentis Tiro Tullius
 M. Catonem contendere et conficere dicit Rodien-
 sibus quoque impune esse debere, quod hostes qui-
 dem esse populi Romani voluissent, ut qui maxime

¹ Defined by Cicero, *Topica*, 42 f., as *inductio*, or an inductive argument, with examples; see also §§ 45-47, below.

² v. 4, Jordan.

³ v. 5, Jordan.

⁴ The law provided that a man should not be fined in a sum greater than half his property.

⁵ This was forbidden by a Licinian Law, passed in 367 B. C.; the *iuger* was really about two-thirds of an acre. Another Licinian Law provided that no one should pasture more than

ἐπαγωγή,¹ a most treacherous and sophistical device, designed not so much for the truth as for cavil, since by deceptive examples he tried to establish and prove that no one who wished to do wrong deserved to be punished, unless he actually accomplished his desire. Now Cato's words in that speech are as follows:² "He who uses the strongest language against them says that they wished to be our enemies. Pray is there any one of you who, so far as he is concerned, would think it fair to suffer punishment because he is accused of having wished to do wrong? No one, I think; for so far as I am concerned, I should not." Then a little farther on he says:³ "What? Is there any law so severe as to provide that if anyone wish to do so and so, he be fined a thousand sesterces, provided that be less than half his property;⁴ if anyone shall desire to have more than five hundred acres,⁵ let the fine be so much; if anyone shall wish to have a greater number of cattle, let the fine be thus and so. In fact, we all wish to have more, and we do so with impunity." Later he continues:⁶ "But if it is not right for honour to be conferred because anyone says that he wished to do well, but yet did not do so, shall the Rhodians suffer, not because they did wrong, but because they are said to have wished to do wrong?" With such arguments Tullius Tiro says that Marcus Cato strove to show that the Rhodians also ought not to be punished, because although they had wished to be enemies of the Roman people,

100 head of cattle, or 500 of smaller animals, on the public lands. The number, and the amount of the fine, are here expressed indefinitely.

¹ v. 6, Jordan.

- 40 non fuissent. Dissimulari autem non posse ait quin paria et consimilia non sint, plus quingenta iugera habere velle, quod plebiscito Stolonis prohibitum fuit, et bellum iniustum atque impium populo Romano facere velle, neque item infitiri¹ posse
- 41 quin alia causa in praemio sit, alia in poenis. "Nam beneficia," inquit, "promissa opperiri oportet neque ante remunerari quam facta sint, iniurias autem imminentis praecavisse iustum est quam expecta-
- 42 visse. Summa enim professio stultitiae," inquit, "est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperiri que ut, cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi quae facta sunt infecta fieri non possunt, poeniantur."
- 43 Haec Tiro in Catonem non nimis frigide neque
- 44 sane inaniter; sed enim Cato non nudam nec solitariam nec inprotectam hanc ἐπαγωγὴν facit, sed multis eam modis praefulcit multisque aliis argumentis convelat et, quia non Rodiensibus magis quam reipublicae consultabat, nihil sibi dictu factu- que in ea re turpe duxit, quin omni sententiarum
- 45 via servatum ire socios niteretur. Ac primum ea non incallide conquisivit, quae non iure naturae aut iure gentium fieri prohibentur, sed iure legum rei alicuius medendae aut temporis causa iussarum; sicut est de numero pecoris et de modo agri prae-
- 46 finito. In quibus rebus quod prohibitum est fieri

¹ infitiri, ω; infitias iri, *Hosius*.

¹ That is, the Licinian Law of C. Licinius Stolo.

they had actually not been such. Furthermore, he says that it cannot be denied that to wish to have more than five hundred acres, which was forbidden by Stolo's¹ bill, is not exactly the same thing as to wish to make an unjust and unrighteous war upon the Roman people; also that it could not be denied that rewards and punishments belong to different categories. "For services," he says, "that are promised should be awaited, and not rewarded until they are performed; but in the case of threatening injuries, it is fair to guard against them rather than wait for them. For it is an admission of the greatest folly," he declares, "not to go to meet wickedness that is planned, but to await and expect it, and then, when it has been committed and accomplished, at last to inflict punishment, when what is done cannot be undone."

These are the criticisms which Tiro passed upon Cato, not altogether pointless or wholly unreasonable; but as a matter of fact, Cato did not leave this *ἐπαγωγὴ* bare, isolated and unsupported, but he propped it up in various ways and clothed it with many other arguments. Furthermore, since he had an eye as much to the interests of the State as to those of the Rhodians, he regarded nothing that he said or did in that matter as discreditable, provided he strove by every kind of argument to save our allies. And first of all, he very cleverly sought to find actions which are prohibited, not by natural or by international law, but by statutes passed to remedy some evil or meet an emergency; such for example as the one which limited the number of cattle or the amount of land. In such cases that which is forbidden cannot lawfully be done; but to

quidem per leges non licet; velle id tamen facere,
 47 si liceat, inhonestum non est. Atque eas res con-
 tulit sensim miscuitque cum eo, quod neque facere
 neque velle per sese honestum est; tum deinde, ne
 disparilitas conlationis evidens fieret, pluribus id
 propugnaculis defensat, neque tenues istas et enu-
 cleatas voluntatum in rebus illicitis reprehensiones,
 qualia in philosophorum otio disputantur, magni
 facit, sed id solum¹ summa ope nititur, ut causa
 Rodiensium, quorum amicitiam retineri ex republica
 fuit, aut aequa iudicaretur aut quidem certe igno-
 scenda. Atque interim neque fecisse Rodienses
 bellum neque facere voluisse dicit, interim autem
 facta sola censenda dicit atque in iudicium vocanda,
 sed voluntates nudas inanesque neque legibus neque
 poenis fieri obnoxias; interdum tamen, quasi deli-
 quisse eos concedat, ignosci postulat et ignoscentias
 utiles esse rebus humanis docet ac, nisi ignoscant,
 metus in republica rerum novarum movet; sed
 enim contra, si ignoscatur, conservatum iri ostendit
 populi Romani magnitudinem.

48 Superbiae quoque crimen, quod tunc praeter
 cetera in senatu Rodiensibus obiectum erat, mirifica
 et prope divina responsionis figura elusit et eluit.
 49 Verba adeo ipsa ponemus Catonis, quoniam Tiro
 50 ea praetermisit: "Rodiensis superbos esse aiunt,
 id obiectantes quod mihi et liberis meis minime
 dici velim. Sint sane superbi. Quid id ad nos

¹ solum ex, *MSS.*; ex omitted by *Carrio.*

¹ v. 7, *Jordan.*

wish to do it, if it should be allowed, is not dishonourable. And then he gradually compared and connected such actions as these with that which in itself it is neither lawful to do nor to wish to do. Then finally, in order that the impropriety of the comparison may not become evident, he defends it by numerous bulwarks, not laying great stress on those trivial and ideal censures of unlawful desires, such as form the arguments of philosophers in their leisure moments, but striving with might and main for one single end, namely, that the cause of the Rhodians, whose friendship it was to the interests of the commonwealth to retain, should be shown either to be just, or in any event, at least pardonable. Accordingly, he now affirms that the Rhodians did not make war and did not desire to do so; but again he declares that only acts should be considered and judged, and that mere empty wishes are liable neither to laws nor punishment; sometimes, however, as if admitting their guilt, he asks that they be pardoned and shows that forgiveness is expedient in human relations, arousing fear of popular outbreaks, if pardon is not granted, and on the other hand showing that if they forgive, the greatness of the Roman people will be maintained.

The charge of arrogance too, which in particular was brought against the Rhodians in the senate at that time, he evaded and eluded by a brilliant and all but inspired mode of reply. I shall give Cato's very words,¹ since Tiro has passed them by: "They say that the Rhodians are arrogant, bringing a charge against them which I should on no account wish to have brought against me and my children. Suppose they are arrogant. What is that to us?"

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

attinet? Idne irascimini, si quis superbior est quam
51 nos?" Nihil prorsus hac compellatione dici potest
neque gravius neque munitius adversus homines
superbissimos facta, qui superbiam in sese amarent,
in aliis reprehenderent.

52 Praeterea animadvertere est, in tota ista Catonis
oratione omnia disciplinarum rhetoricarum arma
atque subsidia mota esse; sed non proinde ut in
decursibus ludicris aut simulacris proeliorum volup-
tariis fieri videmus. Non enim, inquam, distincte
nimis atque compta atque modulate res acta est,
sed quasi in ancipiti certamine, cum sparsa acies
est, multis locis Marte vario pugnatur, sic in ista
tum causa Cato, cum superbia illa Rodiensium
famosissima multorum odio atque invidia flagraret,
omnibus promisce tuendi atque propugnandi modis
usus est, et nunc ut optime meritos commendat, nunc
tamquam si innocentes purgat, nunc¹ ne bona divi-
tiaeque eorum expetantur obiurgat, nunc² quasi sit
erratum deprecatur, nunc ut necessarios reipublicae
ostentat, nunc clementiae, nunc mansuetudinis
maiorum, nunc utilitatis publicae commonefacit.

53 Eaque omnia distinctius numerosiusque fortassean
dici potuerint, fortius atque vividius potuisse dici
54 non videntur. Inique igitur Tiro Tullius, quod ex
omnibus facultatibus tam opulentae orationis, aptis
inter sese et cohaerentibus, parvum quippiam nu-
dumque sumpsit, quod obtrectaret tamquam non

¹ nunc, *added by Hertz*; neve, *Damsté*; purget, ne, *Mommsen*.

² nunc et, *MSS.*; et *omitted by Hertz*.

Are you to be angry merely because someone is more arrogant than we are?" Absolutely nothing could be said with greater force or weight than this apostrophe against men proud of their deeds, loving pride in themselves, but condemning it in others.

It is further to be observed that throughout that speech of Cato's recourse is had to every weapon and device of the art rhetorical; but we are not conscious of their use, as we are in mock combats or in battles feigned for the sake of entertainment. For the case was not pleaded, I say, with an excess of refinement, elegance and observance of rule, but just as in a doubtful battle, when the troops are scattered, the contest rages in many parts of the field with uncertain outcome, so in that case at that time, when the notorious arrogance of the Rhodians had aroused the hatred and hostility of many men, Cato used every method of protection and defence without discrimination, at one time commending the Rhodians as of the highest merit, again exculpating them and declaring them blameless, yet again demanding that their property and riches should not be coveted, now asking for their pardon as if they were in the wrong, now pointing out their friendship to the commonwealth, appealing now to clemency, now to the mercy shown by our forefathers, now to the public interest. All this might perhaps have been said in a more orderly and euphonic style, yet I do not believe that it could have been said with greater vigour and vividness. It was therefore unfair of Tullius Tiro to single out from all the qualities of so rich a speech, apt in their connection with one another, a small and bare part to criticize, by asserting that it was not worthy

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

dignum M. Catone fuerit, quod delictorum non perpetratorum voluntates non censuerit poeniendas.

55 Commodius autem rectiusque de his meis verbis, quibus Tullio Tironi respondimus, existimabit iudiciumque faciet, qui et orationem ipsam totam Catonis acceperit in manus et epistolam Tironis ad Axium scriptam requirere et legere curaverit. Ita enim nos sincerius exploratiusque vel corrigere poterit vel probare.

IV

Cuiusmodi servos et quam ob causam Caelius Sabinus, iuris civilis auctor, pilleatos venundari solitos scripserit; et quæ mancipia sub corona more maiorum venierint; atque id ipsum "sub corona" quid sit.

1 PILLEATOS servos venum solitos ire, quorum nomine venditor nihil praestaret, Caelius Sabinus iurisperitus
2 scriptum reliquit. Cuius rei causam esse ait, quod eiusmodi condicionis mancipia insignia esse in vendendo deberent, ut emptores errare et capi non possent, neque lex vendundi opperienda esset, sed oculis iam praeciperent quodnam esset mancipiorum
3 genus; "Sicuti," inquit, "antiquitus mancipia iure belli capta coronis induta veniebant et idcirco dicebantur 'sub corona' venire. Namque ut ea corona signum erat captivorum venalium, ita pilleus impositus demonstrabat eiusmodi servos venundari, quorum nomine emptori venditor nihil praestaret."

¹ Fr. 2, Huschke; *De Manc. fr.* 19, Bremer.

of Marcus Cato to maintain that the mere desire for delinquencies that were not actually committed did not merit punishment.

But one will form a juster and more candid opinion of these words of mine, spoken in reply to Tullius Tiro, and judge accordingly, if one will take in hand Cato's own speech in its entirety, and will also take the trouble to look up and read the letter of Tiro to Axius. For then he will be able either to correct or confirm what I have said more truthfully and after fuller examination.

IV

What sort of slaves Caelius Sabinus, the writer on civil law, said were commonly sold with caps on their heads, and why; and what chattels were sold under a crown in the days of our forefathers; and the meaning of that same expression "under a crown."

CAELIUS SABINUS, the jurist, has written¹ that it was usual, when selling slaves, to put caps on those for whom the seller assumed no responsibility. He says that the reason for that custom was, that the law required that slaves of that kind be marked when offered for sale, in order that buyers might not err and be deceived; that it might not be necessary to wait for the bill of sale, but might be obvious at once what kind of slaves they were. "Just so," he says, "in ancient times slaves taken by right of conquest were sold wearing garlands, and hence were said to be sold 'under a crown.' For as the crown was a sign that those who were being sold were captives, so a cap upon the head indicated that slaves were being sold for whom the seller gave the buyer no guarantee."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

4 Est autem alia rationis opinio cur dici solitum sit
captivos "sub corona" venundari, quod milites cu-
stodiae causa captivorum venalium greges circum-
starent eaque circumstatio militum "corona" appel-
5 lata sit. Sed id magis verum esse quod supra dixi,
M. Cato in libro quem composuit *De Re Militari*
docet.

Verba sunt haec Catonis: "Ut populus sua opera
potius ob rem bene gestam coronatus supplicatum
eat quam re male gesta coronatus veniat."

V

Historia de Polo histrione memoratu digna.

1 HISTRIO in terra Graecia fuit fama celebri, qui
gestus et vocis claritudine et venustate ceteris anti-
2 stabat; nomen fuisse aiunt Polum, tragoedias poet-
3 arum nobilium scite atque asseverate actitavit. Is
4 Polus unice amatum filium morte amisit. Eum
luctum quoniam satis visus est eluxisse, rediit ad
quaestum artis.

5 In eo tempore Athenis *Electram* Sophoclis acturus,
gestare urnam quasi cum Oresti ossibus debebat.
6 Ita compositum fabulae argumentum est, ut veluti

¹ Fr. 2, Jordan, p. 80.

² On this famous tragic actor see O'Connor, *Chapters in the History of Actors and Acting in Ancient Greece* (Princeton

There is, however, another explanation of the reason for the common saying that captives were sold "under a crown"; namely, because a guard of soldiers stood around the bands of prisoners that were offered for sale, and such a ring of soldiers was called *corona*. But that the reason which I first gave is the more probable one is made clear by Marcus Cato in the book which he wrote *On Military Science*.

Cato's words are as follows:¹ "That the people may rather crown themselves and go to offer thanks for success gained through their own efforts than be crowned and sold because of ill-success."

V

A noteworthy story about the actor Polus.²

THERE WAS in the land of Greece an actor of wide reputation, who excelled all others in his clear delivery and graceful action. They say that his name was Polus, and he often acted the tragedies of famous poets with intelligence and dignity. This Polus lost by death a son whom he dearly loved. After he felt that he had indulged his grief sufficiently, he returned to the practice of his profession.

At that time he was to act the *Electra* of Sophocles at Athens, and it was his part to carry an urn which was supposed to contain the ashes of Orestes. The plot of the play requires that Electra, who is repre-

dissertation, 1908), pp. 128 ff. He flourished toward the end of the fourth century B.C.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

fratris reliquias ferens Electra compleret commi-
7 sereaturque interitum eius existimatum. Igitur
Polus, lugubri habitu Electrae indutus, ossa atque
urnam e sepulcro tulit filii et, quasi Oresti amplexus,
opplevit omnia non simulacris neque imitamentis,
8 sed luctu atque lamentis veris et spirantibus. Itaque
cum agi fabula videretur, dolor actus est.

VI

Quid de quorundam sensuum naturali defectione Aristoteles
scripserit.

1 Ex quinque his sensibus quos animantibus natura
tribuit, visu, auditu, gustu, tactu, odoratu, quas
Graeci *αἰσθήσεις* appellant, quaedam animalium
alia alio carent et aut caeca natura gignuntur aut
2 inodora inauritave. Nullum autem ullum gigni ani-
mal Aristoteles dicit, quod aut gustus sensu careat,
aut tactus.

3 Verba ex libro eius, quem *Περὶ Μνήμης* compro-
suit, haec sunt: Τὴν δὲ ἀφὴν καὶ τὴν γεῦσιν πάντα
ἔχει, πλὴν εἴ τι τῶν ζώων ἀτελές.

sented as carrying her brother's remains, should lament and bewail the fate that she believed had overtaken him. Accordingly Polus, clad in the mourning garb of Electra, took from the tomb the ashes and urn of his son, embraced them as if they were those of Orestes, and filled the whole place, not with the appearance and imitation of sorrow, but with genuine grief and unfeigned lamentation. Therefore, while it seemed that a play was being acted, it was in fact real grief that was enacted.

VI

What Aristotle wrote of the congenital absence of some of the senses.

NATURE has given five senses to living beings; sight, hearing, taste, touch and smell, called by the Greeks *αἰσθήσεις*. Of these some animals lack one and some another, being born into the world blind, or without the sense of smell or hearing. But Aristotle asserts that no animal is born without the sense of taste or of touch.

His own words, from the book which he wrote *On Memory*, are as follows:¹ "Except for some imperfect animals, all have taste or touch."

¹ Περὶ ὕπνου or *On Sleep*, 2. Gellius is mistaken in his title.

VII

An "affatim," quasi "admodum," prima acuta pronuntiandum sit; et quaedam itidem non incuriose tractata super aliarum vocum accentibus.

- 1 ANNIANUS poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et sermocinabatur mira quadam et
 2 scita suavitate. Is "affatim," ut "admodum," prima acuta, non media, pronuntiabat atque ita veteres
 3 locutos censebat. Itaque se audiente Probum grammaticum hos versus in Plauti *Cistellaria* legisse dicit:

Pótine tu homo fácinus facere strénuum?—Aliorum áffatim est.

Quí faciant; sane égo me nolo fórtem perhiberi virum,

- 4 causamque esse huic accentui dicebat, quod "affatim" non essent duae partes orationis, sed utraque pars in unam vocem coaluisset, sicuti in eo quoque quod "exadversum" dicimus secundam syllabam debere acui existimabat, quoniam una, non duae essent partes orationis; atque ita oportere apud Terentium legi dicebat in his versibus:

In quo haec discebat lúdo, exadversúm loco¹
 Tostrína erat quaedam.

¹ ilico and ei loco, *codd. Ter.*

¹ One of the few poets of Hadrian's time. He wrote *Falisca*, on rural life, and *Fescennini*. Like other poets of his time, he was fond of unusual metres; see *Gr. Lat.* vi. 122, 12, K.

² This seems to mean no more than "accent"; see note 2, p. 9, above.

VII

Whether *affatim*, like *admodum*, should be pronounced with an acute accent on the first syllable: with some painstaking observations on the accents of other words.

THE poet Annianus,¹ in addition to his charming personality, was highly skilled in ancient literature and literary criticism, and conversed with remarkable grace and learning. He pronounced *affatim*, as he did *admodum*, with an acute accent² on the first, and not on the medial, syllable; and he believed that the ancients so pronounced the word. He adds that in his hearing the grammarian Probus thus read the following lines of the *Cistellaria* of Plautus:³

Canst do a valiant deed?—Enough (*áffatim*)
there be

Who can. I've no desire to be called brave,

and he said that the reason for that accent was that *affatim* was not two parts of speech, but was made up of two parts that had united to form a single word; just as also in the word which we call *exadversum* he thought that the second syllable should have the acute accent, because the word was one part of speech, and not two. Accordingly, he maintained that the two following verses of Terence⁴ ought to be read thus:

Over against (*exádversum*) the school to which she
went

A barber had his shop.

¹ 231.

⁴ *Phormio*, 88.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 Addebat etiam quod "ad" praeverbium tum ferme acueretur, cum significaret ἐπίτασι, quam "intentionem" nos dicimus, sicut "adfabre" et "admodum" et "adprobe" dicuntur.
- 6 Cetera quidem satis commode Annianus. Sed si hanc particulam semper, cum intentionem significaret, acui putavit, non id perpetuum videtur; nam
- 7 et "adpotus" cum dicimus et "adprimus" et "adprime," intentio in his omnibus demonstratur, neque tamen "ad" particula satis commode accentu acuto
- 8 pronuntiatur. "Adprobus" tamen, quod significat "valde probus," non infitias eo quin prima syllaba
- 9 acui debeat. Caecilius in comoedia quae inscribitur *Triumphus* vocabulo isto utitur:

Hiérocles hospes ést mi adulescens ádprobus.

- 10 Num igitur in istis vocibus quas non acui diximus, ea causa est, quod syllaba insequitur natura longior, quae non ferme patitur acui priorem in vocabulis
- 11 syllabarum plurium quam duarum? "Adprimum" autem "longe primum" L. Livius in *Odyssia* dicit in hoc versu:

Ibidemque vir summus adprimus Patroclus.

- 12 Idem Livius in *Odyssia* "praemodum" dicit, quasi "admodum"; "parcentes," inquit, "praemodum," quod significat "supra modum," dictumque est quasi "praeter modum"; in quo scilicet prima syllaba acui debeat.

¹ 228, Ribbeck.³

² Gellius is perhaps thinking of such exceptions as *éxinde* and *súbinde*, in which however the penult is not long by nature, but by position.

³ Fr. 11, Bährens.

⁴ Fr. 29, Bährens.

He added besides that the preposition *ad* was commonly accented when it indicated *πίτασις*, or as we say, "emphasis," as in *ádfabre*, *ádmódum*, and *ádproue*.

In all else, indeed, Annianus spoke aptly enough. But if he supposed that this particle was always accented when it denoted emphasis, that rule is obviously not without exceptions; for when we say *adpotus*, *adprimus*, and *adprime*, emphasis is evident in all those words, yet it is not at all proper to pronounce the particle *ad* with the acute accent. I must admit, however, that *adprobus*, which means "highly approved," ought to be accented on the first syllable. Caecilius uses that word in his comedy entitled *The Triumph*:¹

Hierocles, my friend, is a most worthy (*ádprouus*) youth.

In those words, then, which we say do not have the acute accent, is not this the reason—that the following syllable is longer by nature, and a long penult does not as a rule² permit the accenting of the preceding syllable in words of more than two syllables? But Lucius Livius in his *Odyssey* uses *ádprouus* in the sense of "by far the first" in the following line:³

And then the mighty hero, foremost of all (*ádprouus*), Patroclus.

Livius in his *Odyssey* too pronounces *praemódum* like *admódum*; he says⁴ *parcentes praemódum*, which means "beyond measure merciful," and *praemódum* is equivalent to *prueter modum*. And in this word, of course, the first syllable will have to have the acute accent.

VIII

Res ultra fidem tradita, super amatore delphino et puero amato.

- 1 DELPHINOS venerios esse et amasios non modo
 2 historiae veteres, sed recentes quoque memoriae
 3 declarant. Nam et sub Caesare Augusto¹ in Pute-
 4 olano mari, ut Apion scriptum reliquit, et aliquot
 5 saeculis ante apud Naupactum, ut Theophrastus
 6 tradidit, amatores flagrantissimi delphinorum cogniti
 7 compertique sunt. Neque hi amaverunt quod sunt
 8 ipsi genus, sed pueros forma liberali in naviculis
 9 forte aut in vadis litorum conspectos miris et hu-
 10 manis modis arserunt.
- 4 Verba subscripsi Ἀπίωνος, eruditi viri, ex *Aegyptiacorum* libro quinto, quibus delphini amantis et pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert eaque omnia sese ipsum
 5 multosque alios vidisse dicit: Αὐτὸς δ' αὖ εἶδον περὶ Δικαιαρχίας παιδός²—Υάκινθος ἐκαλεῖτο—πόθοις ἐπτοημένον δελφίνα. προσσαίνει τὴν φωνὴν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν πτερούμενος ἐντὸς τὰς τε ἀκάνθας ὑποστέλλων, μή τι τοῦ ποθομένου χρωτὸς ἀμύξῃ φειδόμενος, ἰππηδόν τε³ περιβεβηκότα μέχρι διακοσίων ἀνήγε σταδίων. ἐξεχείτο ἢ Ῥώμη καὶ πᾶσα Ἰταλία τῆς Ἀφροδίτης⁴ ξυνορῶντες ἡνιο-
 6 χούμενον ἰχθύν. Ad hoc adicit rem non⁵ minus mirandam. “Postea,” inquit, “idem ille puer delphi-

¹ Caesare Augusto, *Hosius*; Cesaribus (Cesaris, P) ω; Caesaris Augusti imperio, *Hertz*.

² παιδός added by *Scioppius*.

³ τε added by *Hertz*.

⁴ ὑπ' Ἀφροδίτης, *Damsté*.

⁵ non added in *ς*.

¹ *F. H. G.* iii. 510.

² The early Greek name of Puteoli.

VIII

An incredible story about a dolphin which loved a boy.

THAT dolphins are affectionate and amorous is shown, not only by ancient history, but also by tales of recent date. For in the sea of Puteoli, during the reign of Augustus Caesar, as Apion has written, and some centuries before at Naupactus, as Theophrastus tells us, dolphins are positively known to have been ardently in love. And they did not love those of their own kind, but had an extraordinary passion, like that of human beings, for boys of handsome figure, whom they chanced to have seen in boats or in the shoal waters near the shore.

I have appended the words of that learned man Apion, from the fifth book of his *Egyptian History*, in which he tells of an amorous dolphin and a boy who did not reject its advances, of their intimacy and play with each other, the dolphin carrying the boy and the boy bestriding the fish; and Apion declares that of all this he himself and many others were eye-witnesses. "Now I myself," he writes,¹ "near Dicaearchia² saw a dolphin that fell in love with a boy called Hyacinthus. For the fish with passionate eagerness came at his call, and drawing in his fins, to avoid wounding the delicate skin of the object of his affection, carried him as if mounted upon a horse for a distance of two hundred stadia. Rome and all Italy turned out to see a fish that was under the sway of Aphrodite." To this he adds a detail that is no less wonderful. "Afterwards," he says, "that same boy who was beloved by the

νερώμενος morbo adfectus obit suum diem. At ille
7 amans, ubi saepe ad litus solitum adnavit et puer,
qui in primo vado adventum eius opperiri consue-
verat, nusquam fuit, desiderio tabuit exanimatusque
est et in litore iacens inventus ab his qui rem
cognoverant, in sui pueri sepulcro humatus est.”

IX

“Peporci” et “memordi,” “pepugi” et “spepondi” et
“cecurri” plerosque veterum dixisse, non, uti postea re-
ceptum est dicere, per *o* aut per *u* litteram in prima
syllaba positam, atque id eos Graecae rationis exemplo
dixisse; praeterea notatum quod viri non indocti neque
ignobiles a verbo “descendo” non “descendi,” sed “de-
scendidi” dixerunt.

1 “Poposci,” “momordi,” “pupugi,” “cucurri” pro-
babiliter dici videtur atque ita nunc omnes ferme
2 doctiores hisce verbis utuntur. Sed Q. Ennius in
Saturis “memorderit” dixit per *e* litteram, non
“momorderit:”

Meum (inquit) non est, ac si me canis memorderit.

3 Item Laberius in *Gallis*:

De integro patrimonio meo centum milia num-
mum
Memordi.

4 Item idem Laberius in *Coloratore*:

Itaque leni pruna percoctus simul sub dentes
mulieris
Veni, bis, ter memordit.

¹ With this story cf. Pliny, *Epist.* ix. 33.

dolphin fell sick and died. But the lover, when he had often come to the familiar shore, and the boy, who used to await his coming at the edge of the shoal water, was nowhere to be seen, pined away from longing and died. He was found lying on the shore by those who knew the story and was buried in the same tomb with his favourite." ¹

IX

That many early writers used *peposci*, *memordi pepugi*, *spepondi* and *cecurrei*, and not, as was afterwards customary, forms with *o* or *u* in the first syllable, and that in so doing said that they followed Greek usage; that it has further been observed that men who were neither unlearned nor obscure made from the verb *descendo*, not *descendi*, but *descendidi*.

POPOSCI, *momordi*, *pupugi* and *cucurri* seem to be the approved forms, and to-day they are used by almost all better-educated men. But Quintus Ennius in his *Satires* wrote *memorderit* with an *e*, and not *momorderit*, as follows: ²

'Tis not my way, as if a dog had bit me
(*memorderit*).

So too Laberius in the *Galli*: ³

Now from my whole estate
A hundred thousand have I bitten off (*memordi*).

The same Laberius too in his *Colorator*: ⁴

And when, o'er slow fire cooked, I came beneath
her teeth,
Twice, thrice she bit (*memordit*).

² 63, Vahlen².

³ 49, Ribbeck².

⁴ 27, Ribbeck².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

5 Item P. Nigidius *De Animalibus* libro II.: "Ut serpens si memordit, gallina diligitur et opponitur."

6 Item Plautus in *Aulularia*:

Ut ádmemordit hóminem.

7 Sed idem Plautus in *Trigeminis* neque "praememordisse" neque "praemomordisse" dicit, sed "praemorsisse":

Nisi fugissem (inquit) in¹ médium, credo, praemorsisset.

8 Item Atta in *Conciliatrice*:

Ursum sé memordisse aútumat.

9 "Peposci" quoque, non "poposci," Valerius Antias libro *Annalium* XLV. scriptum reliquit: "Denique Licinius tribunus plebi perduellionis ei diem dixit et comitiis diem a M. Marcio praetore peposcit."

10 "Pepugero" aeque Atta in *Aedilicia* dicit:

Sed sí pepugero, métuet.

11 Aelium quoque Tuberonem libro *Ad C. Oppium* scripto "occecurrit" dixisse, Probus adnotavit et haec eius verba apposuit: "Si generalis species

12 occecurrerit." Idem Probus Valerium Antiatem libro *Historiarum* XXII. "speponderant" scripsisse annotavit verbaque eius haec posuit: "Tiberius

¹ inquit in, *Skutsch*; in, *Winter*; inquit, *MSS.*

¹ Fr. 112, Swoboda.

² Fr. 2. p. 95, Götz.

³ 120, Götz.

⁴ 6, Ribbeck³.

⁵ Fr. 60, Peter³.

⁶ The trial was held before the *comitia centuriata*.

Also Publius Nigidius in his second book *On Animals*:¹ "As when a serpent bites (*memordit*) one, a hen is split and placed upon the wound." Likewise Plautus in the *Aulularia*:²

How he the man did fleece (*admemordit*).

But Plautus again, in the *Trigemini*, said neither *praememordisse* nor *praemomordisse*, but *praemorsisse*, in the following line:³

Had I not fled into your midst,
Methinks he'd bitten me (*praemorsisset*).

Atta too in the *Conciliatrix* says:⁴

A bear, he says, bit him (*memordisse*).

Valerius Antias too, in the forty-fifth book of his *Annals*, has left on record *peposci*, not *peposci*⁵ in this passage: "Finally Licinius, tribune of the commons, charged him with high treason and asked (*peposcit*) from the praetor Marcus Marcius a day for holding the comitia."⁶

In the same way Atta in the *Aedilicia* says:⁷

But he will be afraid, if I do prick him (*pepugero*).

Probus has noted that Aelius Tubero also, in his work dedicated to Gaius Oppius, wrote *occecurrit*, and he has quoted him as follows:⁸ "If the general form should present itself (*occecurrerit*)." Probus also observed that Valerius Antias in the twenty-second book of his *Histories* wrote *speponderant*, and he quotes his words as follows:⁹ "Tiberius Gracchus,

¹ Fr. 2, Ribbeck³.

² Fr. 2, Huschke; l. p. 367, Bremer.

³ Fr. 57, Peter³.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Gracchus, qui quaestor C. Mancino in Hispania fuerat, et ceteri qui pacem speponderant."

- 13 Ratio autem istarum dictionum haec esse videri potest: quoniam Graeci in quadam specie praeteriti temporis, quod παρακείμενον appellant, secundam verbi litteram in *e* plerumque vertunt, ut γράφω γέγραφα, ποιῶ πεποίηκα, λαλῶ λελάληκα, κρατῶ κεκράτηκα, λούω λέλουκα, sic igitur mordeo "memordi,"
- 14 posco "peposci," tendo "tetendi," tango "tetigi," pungo "pepugi," curro "cecurri," tollo "tetuli,"
- 15 spondeo "spepondi" facit. Sic M. Tullius et C. Caesar "mordeo memordi," "pungo pepugi," "spondeo spepondi" dixerunt.

- Praeterea inveni, a verbo "scindo" simili ratione
- 16 non "sciderat," sed "sciciderat," dictum esse. L. Accius in *Sotadicorum* libro I. "sciciderat" dicit. Verba haec sunt:

Num érgo aquila ita, ut hí praedicánt, sciciderat péctus?

- 17 Ennius quoque in *Melpippa*:

cum saxum sciciderit.¹

* * * * *

- Valerius Antias in libro *Historiarum* LXXV. verba haec scripsit: "Deinde funere locato ad forum descendidit." Laberius quoque in *Catulario* ita scripsit:

égo mirabar, quómoδο mammaé mihi

Désceñdiderant² * * *

¹ in . . . sciciderit from Priscian, i. 517. 10 K. by J. P. Grinnon.

² descendiderant added in σ.

¹ Fr. 14, p. 1060, Orelli².

² ii. p. 158, Dinter.

³ Fr. i. 2, Müller; 8, Bährens.

who had been quaestor to Gaius Mancinus in Spain, and the others who had guaranteed (*sponderant*) peace."

Now the explanation of these forms might seem to be this: since the Greeks in one form of the past tense, which they call *παρικείμειον*, or "perfect," commonly change the second letter of the verb to *e*, as *γράφω γέγραφα*, *ποιῶ πεποίηκα*, *λαλῶ λελάληκα*, *κρατῶ κεκράτηκα*, *λοιῶ λέλουκα*, so accordingly *mordeo* makes *memordi*, *posco* *peposci*, *tendo* *tetendi*, *tango* *tetigi*, *pungo* *pepugi*, *curro* *cecurri*, *tollo* *tetuli*, and *spondeo* *spondei*. Thus Marcus Tullius¹ and Gaius Caesar² used *mordeo memordi*, *pungo pepugi*, *spondeo spondei*.

I find besides that from the verb *scindo* in the same way was made, not *sciderat*, but *sciciderat*. Lucius Accius in the first book of his *Sotadici* writes *sciciderat*. These are his words: ³

And had the eagle then, as these declare,
His bosom rent (*sciciderat*)?

Ennius too in his *Melanippa* says: ⁴

When the rock he shall split (*sciciderit*).

* * * * *

Valerius Antias in the seventy-fifth book of his *Histories* wrote these words: ⁵ "Then, having arranged for the funeral, he went down (*descendit*) to the Forum." Laberius too in the *Catularius* wrote thus: ⁷

I wondered how my breasts had fallen low (*descendiderant*).

¹ 252, Ribbeck².

² Fr. 62, Peter².

³ There is evidently a lacuna here.

⁴ 19, Ribbeck².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

X

Ut¹ "ususcapio" copulate recto vocabuli casu dicitur, ita "pignoriscapio" coniuncte eadem vocabuli forma dictum esse.

- 1 Ut haec "ususcapio" dicitur copulato vocabulo, a
littera in eo tractim pronuntiata, ita "pignoriscapio"
2 iuncte et producte dicebatur. Verba Catonis sunt
ex primo *Epistolicarum Quaestionum*: "Pignoriscapio
ob aes militare, quod aes a tribuno aerario miles
3 accipere debebat, vocabulum seorsum fit." Per quod
satis dilucet, hanc "captionem" posse dici, quasi
hanc "captionem," et in "usu" et in "pignore."

XI

Neque "levitatem" neque "nequitiam" ea significatione esse qua in vulgi sermonibus dicuntur.

- 1 "LEVITATEM" plerumque nunc pro inconstantia et
mutabilitate dici audio et "nequitiam" pro sollertia
2 astutiaque. Sed veterum hominum qui proprie atque
integre locuti sunt "leves" dixerunt, quos vulgo
nunc viles et nullo honore dignos dicimus, et "levi-
tatem" appellaverunt proinde quasi "vilitatem" et

¹ Ut added by J. F. Gronov.

¹ p. cviii., Jordan. It should be Varro rather than Cato.

² That is, pay in arrears.

X

As *ususcapio* is treated as a compound noun in the nominative case, so *pignoriscazio* is taken together as one word in the same case.

As *ususcapio* is treated as a compound word, in which the letter *a* is pronounced long, just so *pignoriscazio* was pronounced as one word with a long *a*. These are the words of Cato in the first book of his *Epistolary Questions*:¹ “*Pignoriscazio*, resorted to because of military pay² which a soldier ought to receive from the public paymaster, is a word by itself.”³ From this it is perfectly clear that one may say *capio* as if it were *captio*, in connection with both *usus* and *pignus*.

XI

That neither *levitas* nor *nequitia* has the meaning that is given to those words in ordinary conversation.

I OBSERVE that *levitas* is now generally used to denote inconsistency and changeableness, and *nequitia*, in the sense of craftiness and cunning. But those of the men of early days who spoke properly and purely applied the term *leves* to those whom we now commonly call worthless and meriting no esteem. That is, they used *levitas* with precisely the force of *vilitas*, and applied the term *nequam* to a man of no

¹ *Ususcapio* or *usucapio* is a “taking,” or claim to possession, by right of actual tenure (*usus*); *pignoriscazio* is a seizure of goods. On the latter see Mommsen, *Staatsrecht*, i.², p. 160, and cf. Suet. *Jul.* xvii. 2. The *a* is not long in either word, but has the accent, which may be what Gellius means.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

“nequam” hominem nihili rei neque frugis bonae, quod genus Graeci fere *ἄσωτον* vel *ἀκόλαστοι* dicunt.

3 Qui exempla horum verborum requirit, ne in Ibris
nimium remotis quaerat, inveniet ea in M. Tullii
4 secunda *Antonianarum*. Nam cum genus quoddam
sordidissimum vitae atque victus M. Antoni demon-
straturus esset, quod in caupona delitisceret, quod ad
vesperum perpotaret, quod ore involuto iter faceret
ne cognosceretur, haec aliaque eiusdemmodi cum in
eum dicturus esset: “Videte,” inquit, “hominis le-
vitatem,” tamquam prorsus ista dedecora hoc con-
5 vicio¹ in homine notarentur. At postea, cum in
eundem Antonium probra quaedam alia ludibriosa
et turpia ingessisset, ad extremum hoc addidit:
“O hominem nequam! nihil enim magis proprie
possum dicere.”

6 Sed ex eo loco M. Tullii verba compluscula libuit
ponere: “At videte levitatem hominis! Cum hora
diei decima fere ad Saxa Rubra venisset, delituit
in quadam cauponula atque ibi se occultans perpo-
tavit ad vesperum; inde cisio celeriter ad urbem
advectus, domum venit ore² involuto. Ianitor
rogat:³ ‘Quis tu?’ ‘A Marco tabellarius.’ Con-
festim ad eam cuius causa venerat deducitur eique
epistulam tradit. Quam illa cum legeret flens—
erat enim scripta amatorie, caput autem litterarum

¹ vicio, *ω*; *corr. by J. F. Gronov, retained by Petschenig.*

² cap te involuto, *Cic.*

³ rogat omitted by *Cic.*

Phil. ii. 77.

About four o'clock in the afternoon.

³ His wife, Fulvia.

importance nor worth, the sort of man that the Greeks usually call *ἄσωτος* (beyond recovery) or *ἀκόλαστος* (incorrigible).

One who desires examples of these words need not resort to books that are very inaccessible, but he will find them in Marcus Tullius' second *Oration against Antony*. For when Cicero wished to indicate a kind of extreme sordidness in the life and conduct of Marcus Antonius, that he lurked in a tavern, that he drank deep until evening, and that he travelled with his face covered, so as not to be recognized—when he wished to give expression to these and similar charges against him, he said:¹ “Just see the worthlessness (*levitatem*) of the man,” as if by that reproach he branded him with all those various marks of infamy which I have mentioned. But afterwards, when he had heaped upon the same Antony sundry other scornful and opprobrious charges, he finally added “O man of no worth (*nequam*)! for there is no term that I can use more fittingly.”

But from that passage of Marcus Tullius I should like to add a somewhat longer extract: “Just see the worthlessness of the man! Having come to Saxa Rubra at about the tenth hour of the day,² he lurked in a certain low tavern, and shutting himself up there drank deep until evening. Then riding swiftly to the city in a cab, he came to his home with covered face. The doorkeeper asked: ‘Who are you?’ ‘The bearer of a letter from Marcus,’ was the reply. He was at once taken to the lady on whose account he had come,³ and handed her the letter. While she read it with tears—for it was written in amorous terms and its

hoc erat : sibi cum illa mima posthæ nihil futurum, omnem se amorem abiēcisse illim¹ atque in hanc transfudisse— cum mulier fleret uberius, homo misericors ferre non potuit : caput aperuit, in collum invasit. O hominem nequam!—nihil enim magis proprie possum dicere ; ergo ut te catamitum nec opinato cum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco urbem terrore nocturno, Italiam multorum dierum metu perturbasti ? ”

- 7 Consimiliter Q. quoque Claudius in primo *Annalium* “nequitiam” appellavit luxum vitæ prodigum effusumque in hisce verbis : “Persuadent i cuidam adolescenti Lucano, qui adprime summo genere gnatus erat, sed luxuria et nequitia pecuniam mag-
- 8 nam consumpserat.” M. Varro in libris *De Lingua Latina*, “Ut ex ‘non’ et ex ‘volo,’ ” inquit, “‘nolo,’ sic ex ‘ne’ et ‘quicquam,’ media syllaba extrita,
- 9 compositum est ‘nequam.’ ” P. Africanus *Pro se contra Tiberium Asellum* de multa ad populum : “Omnia mala, probra, flagitia, quæ homines faciunt, in duabus rebus sunt, malitia atque nequitia. Utrum defendis, malitiam an nequitiam an utrumque simul ? Si nequitiam defendere vis, licet ; si tu in uno scorto maiorem pecuniam absumpsisti quam quanti omne instrumentum fundi Sabini in censum dedica-

¹ illim, *Lambivus* ; illi, *u.*

main point was this: that hereafter he would have nothing to do with that actress, that he had cast aside all his love for her and transferred it to the reader—when the woman wept still more copiously, the compassionate man could not endure it; he uncovered his face and threw himself on her neck. O man of no worth!—for I can use no more fitting term; was it, then, that your wife might unexpectedly see you, when you had surprised her by appearing as her lover, that you upset the city with terror by night and Italy with dread for many days?"

In a very similar way Quintus Claudius too, in the first book of his *Annals*, called a prodigal and wasteful life of luxury *nequitia*, using these words:¹ "They persuade a young man from Lucania, who was born in a most exalted station, but had squandered great wealth in luxury and prodigality (*nequitia*)." Marcus Varro in his work *On the Latin Language* says:² "Just as from *non* and *volo* we have *nolo*, so from *ne* and *quicquam* is formed *nequam*, with the loss of the medial syllable." Publius Africanus, speaking *In his own Defence against Tiberius Asellus* in the matter of a fine, thus addressed the people:³ "All the evils, shameful deeds, and crimes that men commit come from two things, malice and profligacy (*nequitia*). Against which charge do you defend yourself, that of malice or profligacy, or both together? If you wish to defend yourself against the charge of profligacy, well and good; if you have squandered more money on one harlot than you reported for the census as the value of all the equip-

¹ Fr. 15, Peter^s.

² x. 5. 81.

³ *O. R. F.*, p. 183, Meyer^s.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

visti; si hoc ita est, qui spondet mille nummum? si tu plus tertia parte pecuniae paternae perdidisti atque absumpsisti in flagitiis; si hoc ita est, qui spondet mille nummum? Non vis nequitiam. Age malitiam saltem defende. Si tu verbis conceptis coniuravisti¹ sciens sciente animo tuo; si hoc ita est, qui spondet mille nummum?"

XII

De tunicis chiridotis; quod earum usum² P. Africanus Sulpicio Gallo obiecit.

- 1 Tunicis uti virum prolixis ultra brachia et usque in primores manus ac prope in digitos, Romae atque
2 in omni Latio indecorum fuit. Eas tunicas Graeco vocabulo nostri "chiridotas" appellaverunt feminisque solis vestem longe lateque diffusam non indecere³ existimaverunt ad ulnas cruraque adversus
3 oculos protegenda. Viri autem Romani primo quidem sine tunicis toga sola amicti fuerunt; postea substrictas et breves tunicas citra umerum desinentis
4 habebant, quod genus Graeci dicunt *ἐξωμίδας*. Hac antiquitate indutus P. Africanus, Pauli filius, vir omnibus bonis artibus atque omni virtute praeditus,

¹ periuravisti, *H. Meyer*. ² usum, *added in σ*.

³ non indecere, *suggested by Hosius*; indecere (incedere R) ω

¹ The lexicons and commentators define the *spon-sio* as a "legal wager," in which the two parties to a suit put up a sum of money, which was forfeited by the one who lost his case; and they cite Gaius, *Inst.* iv. 93. But in iv. 94 Gaius says that only *one* party pledged a sum of money (unde etiam is, cum quo agetur, non restipulabatur), that it was

ment of your Sabine estate ; if this is so, who pledges a thousand sesterces?¹ If you have wasted more than a third of your patrimony and spent it on your vices ; if that is so, who pledges a thousand sesterces? You do not care to defend yourself against the charge of profligacy ; at least refute the charge of malice. If you have sworn falsely in set terms knowingly and deliberately ; if this is so, who pledges a thousand sesterces ? ”

XII

Of the tunics called *chiridotae* ; that Publius Africanus reproved Sulpicius Gallus for wearing them.

FOR a man to wear tunics coming below the arms and as far as the wrists, and almost to the fingers, was considered unbecoming in Rome and in all Latium. Such tunics our countrymen called by the Greek name *chiridotae* (long-sleeved), and they thought that a long and full-flowing garment was not unbecoming for women only, to hide their arms and legs from sight. But Roman men at first wore the toga alone without tunics ; later, they had close, short tunics ending below the shoulders, the kind which the Greeks call *ἐξωμίδες* (sleeveless).² Habituated to this older fashion, Publius Africanus, son of Paulus, a man gifted with all worthy arts and every virtue, among many other things with which he

merely a preliminary to legal action, and that the sum was *not* forfeited (*non tamen haec summa sponsionis exigitur ; nec enim poenalis sed praeiudicialis, et propter hoc solum fit, ut per eam de re iudicetur*). Wagers, however, were common ; see Plaut. *P. rs.* 186 ff. ; *Cas. prol* 75 ; Catull. 44. 4 ; Ovid, *Ars Amat.* i. 168.

² More literally, “leaving the shoulders bare.”

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

P. Sulpicio Gallo, homini delicato, inter pleraque alia, quae obiectabat, id quoque probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus.

5 Verba sunt haec Scipionis: "Nam qui cotidie unguentatus adversum speculum ornetur, cuius supercilia radantur, qui barba vulsa feminibusque subvulsis ambulet, qui in conviviiis adolescentulus cum amatore, cum chiridota tunica interior¹ accubuerit, qui non modo vinosus, sed virosus quoque sit, eumne quisquam dubitet, quin idem fecerit quod cinaedi facere solent?"

6 Vergilius quoque tunicas huiuscemodi quasi femininas, probrosas criminatur:

Et tunicae (inquit) manicas et habent redimicula mitrae.

7 Q. quoque Ennius Carthaginensium "tunicatam inventutem" non videtur sine probro dixisse.

XIII

Quem "classicum" dicat M. Cato, quem "infra classem."

1 "CLASSICI" dicebantur non omnes qui in quinque² classibus erant, sed primae tantum classis homines, qui centum et viginti quinque milia aeris ampliusve
2 censi erant. "Infra classem" autem appellabantur secundae classis ceterarumque omnium classium, qui

¹ interior, *Lipsius*; inferior, ω ; cf. *Suet. Jul. xlix. l.*

² in quinque, *Scioppius*; inqu(a)e, ω .

¹ *O. R. F.*, p. 181, Meyer².

Aen. ix. 616.

reproached Publius Sulpicius Gallus, an effeminate man, included this also, that he wore tunics which covered his whole hands. Scipio's words are these:¹ "For one who daily perfumes himself and dresses before a mirror, whose eyebrows are trimmed, who walks abroad with beard plucked out and thighs made smooth, who at banquets, though a young man, has reclined in a long-sleeved tunic on the inner side of the couch with a lover, who is fond not only of wine but of men—does anyone doubt that he does what wantons commonly do?"

Virgil too attacks tunics of this kind as effeminate and shameful, saying:²

Sleeves have their tunics, and their turbans,
ribbons.

Quintus Ennius also seems to have spoken not without scorn of "the tunic-clad men" of the Carthaginians.³

XIII

Whom Marcus Cato calls *classici* or "belonging to a class,"
and whom *infra classem* or "below class."

Not all those men who were enrolled in the five classes⁴ were called *classici*, but only the men of the first class, who were rated at a hundred and twenty-five thousand *asses* or more. But those of the second class and of all the other classes, who were rated at

¹ *Ann.* 325, Vahlen².

⁴ The five classes into which the Roman citizens were divided by the constitution attributed to Servius Tullius. The division was for military purposes and was made on the basis of a property qualification.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

minore summa aeris, quam quod ¹ supra dixi, cense-
3 bantur. Hoc eo strictim notavi, quoniam in M.
Catonis oratione, *Qua Voconiam legem suasit*, quaeri
solet quid sit "classicus," quid "infra classem."

XIV

De tribus dicendi generibus ; ac de tribus philosophis qui ab
Atheniensibus ad senatum Romam legati missi sunt.²

1 Et in carmine et in soluta oratione genera dicendi
probabilia sunt tria, quae Graeci *χαρακτήρας* vocant
2 nominaque eis fecerunt *ἄδρὸν, ἰσχνόν, μέσον*. Nos
quoque quem primum posuimus "uberem" vocamus,
secundum "gracilem," tertium "mediocrem."

3 Uberi dignitas atque amplitudo est, gracili venus-
tas et subtilitas, medius in confinio est utriusque
modi particeps.

4 His singulis orationis virtutibus vitia agnata sunt
pari numero, quae earum modum et habitum simula-
5 cris falsis ementiuntur. Sic plerumque sufflati atque
tumidi fallunt pro uberibus, squalentes et ieiunidici³
pro gracilibus, incerti et ambigui pro mediocribus.

6 Vera autem et propria huiuscemodi formarum ex-
empla in Latina lingua M. Varro esse dicit ubertatis
Pacuvium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Te-
7 rentium. Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus
tradita ab Homero sunt tria in tribus : magnificentum

¹ quam quod, *Skutsch* ; quod, ω ; quam ς.

² Romae legati sunt, *MSS.*

³ ieiuni dici, *MSS.* ; ieiunidici, *J. Gronov.* *Heraeus suggests*
in place of this rare word, eiuncidi, Varr. R. ? i. 31. 3 ;
ii. 10. 8 ; Plin. N.H. xvii. 176, defined by a gloss as tenuis.

a smaller sum than that which I just mentioned, were called *infra classem*. I have briefly noted this, because in connection with the speech of Marcus Cato *In Support of the Voconian Law* the question is often raised, what is meant by *classicus* and what by *infra classem*.

XIV

Of the three literary styles; and of the three philosophers who were sent as envoys by the Athenians to the senate at Rome.

BOTH in verse and in prose there are three approved styles, which the Greeks call *χαρακτήηρες* and to which they have given the names of *ἀδρός*, *ἰσχνός* and *μέσος*. We also call the one which I put first "grand," the second "plain," and the third "middle."

The grand style possesses dignity and richness, the plain, grace and elegance; the middle lies on the border line and partakes of the qualities of both.

To each of these excellent styles there are related an equal number of faulty ones, arising from unsuccessful attempts to imitate their manner and character. Thus very often pompous and bombastic speakers lay claim to the grand style, the mean and bald to the plain, and the unclear and ambiguous to the middle. But true and genuine Latin examples of these styles are said by Marcus Varro¹ to be: Pacuvius of the grand style, Lucilius of the plain, and Terence of the middle. But in early days these same three styles of speaking were exemplified in three men by Homer: the grand and rich in

¹ Fr. 80, Wilmanns.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

in Ulixē et ubertum, subtile in Menelao et cohibitum, mixtum moderatumque in Nestore.

- 8 Animadversa eadem tripertita varietas est in tribus philosophis quos Athenienses Romam ad senatum¹ legaverant, inpetratum uti multam remitteret, quam fecerat is propter Oropi vastationem. Ea multa
9 fuerat talentum fere quingentum. Erant isti philosophi Carneades ex Academia, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus. Et in senatum quidem introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore; sed ante ipsi seorsum quisque ostentandi gratia magno
10 conventu hominum dissertaverunt. Tum admirationi fuisse aiunt Rutilius et Polybius philosophorum trium sui cuiusque generis facundiam. "Violenta," inquit, "et rapida Carneades dicebat, scita et teretia Critolaus, modesta Diogenes et sobria."
11 Unumquodque autem genus, ut diximus, cum caste pudiceque ornatur, fit illustrius, cum fucatur atque praelinitur, fit praestigiosum.

XV

Quam severe moribus maiorum in fures vindicatum sit; et quid scripserit Mucius Scaevola super eo quod servandum datum commodatumve esset.

- 1 LABEO in libro *De Duodecim Tabulis* secundo acria et severa iudicia de furtis habita esse apud veteres

¹ senatum populi, ω; senatum populi R., *Hosius*; senatum publice, *Damsté*.

¹ The embassy was sent in 155 B.C. Plutarch, *Cal. Mai.*

Ulysses, the elegant and restrained in Menelaus, the middle and moderate in Nestor.

This threefold variety is also to be observed in the three philosophers whom the Athenians sent as envoys to the senate at Rome, to persuade the senators to remit the fine which they had imposed upon the Athenians because of the sack of Oropos;¹ and the fine amounted to nearly five hundred talents. The philosophers in question were Carneades of the Academy, Diogenes the Stoic, and Critolaus the Peripatetic. When they were admitted to the House, they made use of Gaius Acilius, one of the senators, as interpreter; but beforehand each one of them separately, for the purpose of exhibiting his eloquence, lectured to a large company. Rutilius² and Polybius³ declare that all three aroused admiration for their oratory, each in his own style. "Carneades," they say, "spoke with a vehemence that carried you away, Critolaus with art and polish, Diogenes with restraint and sobriety."

Each of these styles, as I have said, is more brilliant when it is chastely and moderately adorned; when it is rouged and bepowdered, it becomes mere jugglery.

XV

How severely thieves were punished by the laws of our forefathers; and what Mucius Scaevola wrote about that which is given or entrusted to anyone's care.

LABEO, in his second book *On the Twelve Tables*,⁴ wrote that cruel and severe judgments were passed xxii. (*L.C.L.* ii., p. 369) says that the fine was five hundred talents.

¹ Fr. 3, Peter².

³ xxxiii. 2, p. 1287, H.

⁴ Fr. 23, Huschke; 1, Bremer.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

scripsit, idque Brutum solitum dicere, et furti damnatum esse qui iumentum aliorum duxerat quam quo utendum acceperat, item qui longius produxerat
2 quam in quem locum petierat. Itaque Q. Scaevola, in librorum quos *De Iure Civili* composuit XVI., verba haec posuit: "Quod cui servandum datum est, si id usus est, sive quod utendum accepit, ad aliam rem atque accepit usus est, furti se obligavit."

XVI

Locus exscriptus ex satura M. Varronis, quae *Περὶ Ἐδεσμάτων* inscripta est, de peregrinis ciborum generibus; et appositus versus Euripidi, quibus delicatorem hominum luxuriantem gulam confutavit.

1 M. VARRO, in satura quam *Περὶ Ἐδεσμάτων* inscrip-
sit, lepide admodum et scite factis versibus cenarum,
2 ciborum exquisitas delicias comprehendit. Nam pleraque id genus, quae helluones isti terra et mari conquirunt, exposuit inclusitque in numeros senarios.
3 Et ipsos quidem versus, cui otium erit in libro quo
4 dixi positos legat; genera autem nominaque edulium et domicilia ciborum omnibus aliis praestantia, quae profunda ingluvies vestigavit, quae¹ Varro obprobans executus est, haec sunt ferme, quantum nobis
5 memoriae est: pavus e Samo, Phrygia attagena,

¹ quaeque, *Hertz.*

¹ *Rosp.* 6, Bremer.

² Fr. 2, Huschke; *Iur. Civ.* xvi. 1, Bremer (i, p. 97).

upon theft in early times, and that Brutus used to say¹ that a man was pronounced guilty of theft who had merely led an animal to another place than the one where he had been given the privilege of using it, as well as one who had driven it farther than he had bargained to do. Accordingly, Quintus Scaevola, in the sixteenth book of his work *On the Civil Law*, wrote these words:² "If anyone has used something that was entrusted to his care, or having borrowed anything to use, has applied it to another purpose than that for which he borrowed it, he is liable for theft."

XVI

A passage about foreign varieties of food, copied from the satire of Marcus Varro entitled *Περὶ Ἐδεσμάτων*, or *On Edibles*; and with it some verses of Euripides in which he assails the extravagant gluttony of luxurious men.

MARCUS VARRO, in the satire which he entitled *Περὶ Ἐδεσμάτων*, in verses written with great charm and cleverness, treats of exquisite elegance in banquets and viands. For he has set forth and described in *senarii*³ the greater number of things of that kind which such gluttons seek out on land and sea.⁴

As for the verses themselves, he who has leisure may find and read them in the book which I have mentioned. So far as my memory goes, these are the varieties and names of the foods surpassing all others, which a bottomless gullet has hunted out and which Varro has assailed in his satire, with the places where they are found: a peacock from Samos, a woodcock from Phrygia, cranes of Media,

³ That is, iambic trimeters, consisting of six iambic feet.

⁴ Fr. 403, Bücheler.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

grues Melicae, haedus ex Ambracia, pelamys Chalcedonia, muraena Tartesia, aselli Pessinuntii, ostrea Tarenti, pectunculus Sículus,¹ helops Rodius, scari Cilices, nuces Thasiae, palma Aegyptia, glans Hiberica.

6 Hanc autem peragrantis gulae et in sucos inquirentis industriam atque has undique vorsum indagines cuppediarum maiore detestatione dignas censebimus, si versus Euripidi recordemur, quibus saepissime Chrysippus philosophus usus, tamquam ἡδοναθείας² edendi reperiendas esse, non per usum vitae necessarium, sed per luxum animi parata atque facilia fastidientis per improbam satietatis lasciviam.

7 Versus Euripidi adscribendos putavi :

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυεῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς, πώματός θ' ὑδρηχόου,
Ἄπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν ;
Ὡν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονή. τρυφῇ δέ τοι
Ἄλλων ἐδεστώων μηχανὰς θηρώμεθα.

XVII

Sermo habitus cum grammatico insolentiarum et inperitiarum pleno de significatione vocabuli quod est "obnoxius"; deque eius vocis origine.

1 PERCONTABAR Romae quempiam grammaticum primae in docendo celebritatis, non hercle experi-

¹ Sículus added by Hertz.

² ἡδοναθείας suggested by Hosius (cf. Clem. Alex. Paed. ii. l. 3, p. 164).

a kid from Ambracia, a young tunny from Chalcidon, a lamprey from Tartessus, codfish from Pessinus, oysters from Tarentum, cockles from Sicily, a swordfish from Rhodes,¹ pike from Cilicia, nuts from Thasos, dates from Egypt, acorns from Spain.

But this tireless gluttony, which is ever wandering about and seeking for flavours, and this eager quest of dainties from all quarters, we shall consider deserving of the greater detestation, if we recall the verses of Euripides of which the philosopher Chrysippus made frequent use,² to the effect that gastronomic delicacies were contrived, not because of the necessary uses of life, but because of a spirit of luxury that disdains what is easily attainable because of the immoderate wantonness that springs from satiety.

I have thought that I ought to append the verses of Euripides :³

What things do mortals need, save two alone,
The fruits of Ceres and the cooling spring,
Which are at hand and made to nourish us?
With this abundance we are not content,
But hunt out other foods through luxury.

XVII

A conversation held with a grammarian, who was full of insolence and ignorance, as to the meaning of the word *obnoxius*; and of the origin of that word.

I INQUIRED at Rome of a certain grammarian who had the highest repute as a teacher, not indeed

¹ Or perhaps a sturgeon; the identification of some of these beasts and fish is very uncertain.

² p. 344, Baguet.

³ Fr. 884, Nauck.³

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

undi vel temptandi gratia, sed discendi magis studio et cupidine, quid significaret "obnoxius" quaeque
2 eius vocabuli origo ac ratio esset. Atque ille aspicit me, inludens levitatem quaestionis pravitatemque :
"Obscuram," inquit, "sane rem quaeris multaue
3 prorsus vigilia indagandam ! Quis adeo tam linguae Latinae ignarus est, quin sciat eum dici 'obnoxium' cui quid ab eo cui esse 'obnoxius' dicitur incommodari et noceri potest, ut qui ¹ habeat aliquem noxae, id est culpaе suae, conscium ? Quin potius," inquit, "haec mittis nugalia et affers ea quae digna quaeri tractarique sint ?"

4 Tum vero ego permotus, agendum iam oblique, ut cum homine stulto, existimavi et "Cetera," inquam, "vir doctissime, remotiora gravioraque si discere et scire debuero, quando mihi usus venerit, tum quaeram ex te atque discam ; sed enim quia dixi saepe 'obnoxius' et quid dicerem nescivi, didici ex te et scire nunc coepi quod non ego omnium solus, ut tibi sum visus, ignoravi, sed, ut res est, Plautus quoque, homo linguae atque elegantiae in verbis Latinae princeps, quid esset 'obnoxius' nescivit ; versus enim est in *Sticho* illius ita scriptus :

Nunc ego hercle perii pláne, non obnoxie,²

quod minime congruit cum ista, quam me docuisti,

¹ ut qui, suggested by *Hovius* ; et, *Acidalius* ; ei, *ω*.

² periei hercle vero plane, nihil obnoxie, *codd. Plaut.*

¹ 497. Cf. *Salmasius, ad loc.*, obnoxie perire dicitur, qui non plane nec funditus perit, sed aliquam spem salutis habet. Cf. *Poen.* 787 ; *Amph.* 372.

for the sake of trying or testing him, but rather from an eager desire for knowledge, what *obnoxius* meant and what was the origin and history of the word. And he, looking at me and ridiculing what he considered the insignificance and unfitness of the query, said: "Truly a difficult question is this that you ask, one demanding very many sleepless nights of investigation! Who, pray, is so ignorant of the Latin tongue as not to know that one is called *obnoxius* who can be inconvenienced or injured by another, to whom he is said to be *obnoxius* because the other is conscious of his *noxa*, that is to say, of his guilt? Why not rather," said he, "drop these trifles and put questions worthy of study and discussion?"

Then indeed I was angry, but thinking that I ought to dissemble, since I was dealing with a fool, I said; "If, most learned sir, I need to learn and to know other things that are more abstruse and more important, when the occasion arises I shall inquire and learn them from you; but inasmuch as I have often used the word *obnoxius* without knowing what I was saying, I have learned from you and am now beginning to understand what not I alone, as you seem to think, was ignorant of; for as a matter of fact, Plautus too, though a man of the first rank in his use of the Latin language and in elegance of diction, did not know the meaning of *obnoxius*. For there is a passage of his in the *Stichus* which reads as follows:

By Heaven! I now am utterly undone,
Not only partly so (*non obnoxie*).¹

This does not in the least agree with what you have

taught me; for Plautus contrasted *plane* and *obnoxie* as two opposites, which is far removed from your meaning."

But that grammarian retorted foolishly enough, as if *obnoxius* and *obnoxie* differed, not merely in form, but in their substance and meaning: "I gave a definition of *obnoxius*, not *obnoxie*." But then I, amazed at the ignorance of the presumptuous fellow, answered: "Let us, as you wish, disregard the fact that Plautus said *obnoxie*, if you think that too far-fetched; and let us also say nothing of the passage in Sallust's *Catiline*:¹ 'Also to threaten her with his sword, if she would not be submissive (*obnoxia*) to him'; but explain to me this example, which is certainly more recent and more familiar. For the following verses of Virgil's are very well known:²

For now the stars' bright sheen is seen undimmed.
The rising Moon owes naught (*nec . . . obnoxia*)
to brother's rays;

but you say that it means 'conscious of her guilt.'
In another place too Virgil uses this word with a
meaning different from yours, in these lines:³

What joy the fields to view
That owe no debt (*non obnoxia*) to hoe or care of
man.

For care is generally a benefit to fields, not an injury, as it would be according to your definition of *obnoxius*. Furthermore, how can what Quintus Ennius writes in the following verses from the *Phoenix*⁴ agree with you:

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Séd virum verá virtute vivere animatum áddcet,
Fórtiterque innóxium stare¹ ádversum adversários.
Éa libertas ést, qui pectus púrum et firmum géstí-
tat,
Áliae res obnóxiosae nócte in obscurá latent " ?

- 11 At ille oscitans et alucinanti similis : " Nunc," inquit, " mihi operae non est. Cum otium erit, revises ad me atque disces quid in verbo isto et Vergilius et Sallustius et Plautus et Ennius senserint."
- 12 At nebulo quidem ille, ubi hoc dixit, digressus est ; si quis autem volet non originem solam verbi istius, sed significationem quoque eius varietatemque recensere, ut hoc etiam Plautinum spectet, adscripsi versus ex *Asinaria* :

Máximas opímitates gaúdio effertíssimas
Súis eris ille úna mecum páriet gnatoque ét patri ;
Ádeo ut aetatem ámbo ambobus nóbis sint obnóxii
Nóstro devinctí beneficio.

- 13 Qua vero ille grammaticus finitione usus est, ea videtur in verbo tam multiplici unam tantummodo usurpationem eius notasse, quae quidem congruit cum significato quo Caecilius usus est in *Chrysis* in his versibus :

quamquam ego mercéde huc conductús tua
Advénio, ne tibi me ésse ob eam rem obnóxium
Reáre ; audibis mále, si maledicís mihi.

¹ stare, *Bentley* ; vocare, *RV* ; vacare, *P*.

¹ 282.

² 21, *Ribbeck*.²

'Tis meet a man should live inspired by courage
 true,
 In conscious innocence should boldly challenge
 foes.
 True freedom his who bears a pure and steadfast
 heart,
 All else less import has (*obnoxiosae*) and lurks in
 gloomy night" ?

But our grammarian, with open mouth as if in a dream, said: "Just now I have no time to spare. When I have leisure, come to see me and learn what Virgil, Plautus, Sallust and Ennius meant by that word."

So saying that fool made off; but in case anyone should wish to investigate, not only the origin of this word, but also its variety of meaning, in order that he may take into consideration this Plautine use also, I have quoted the following lines from the *Asinaria* :¹

He'll join with me and hatch the biggest jubilee,
 Stuff'd with most joy, for son and father too.
 For life they both shall be in debt (*obnoxii*) to
 both of us,
 By our services fast bound.

Now, in the definition which that grammarian gave, he seems in a word of such manifold content to have noted only one of its uses—a use, it is true, which agrees with that of Caecilius in these verses of the *Chrysiium* :²

Although I come to you attracted by your pay,
 Don't think that I for that am subject to your
 will (*tibi . . . obnoxium*) ;
 If you speak ill of me, you'll hear a like reply.

XVIII

De observata custoditaque apud Romanos iurisiurandi sanctimonia ; atque inibi de decem captivis, quos Romam Hannibal deiurio ab his accepto legavit.

- 1 IUSIURANDUM apud Romanos inviolate sancteque
 habitum servatumque est. Id et moribus legibusque
 multis ostenditur, et hoc, quod dicemus, ei rei non
 2 tenue argumentum esse potest. Post¹ proelium
 Cannense Hannibal, Carthaginensium imperator, ex
 captivis nostris electos decem Romam misit manda-
 vitque eis pactusque est, ut, si populo Romano
 videretur, permutatio fieret captivorum et pro his
 quos alteri plures acciperent, darent argenti pondo
 3 libram et selibram. Hoc, priusquam proficisceren-
 tur, iusiurandum eos adegit, redituros esse in castra
 Poenica, si Romani captivos non permutarent.
4. 5 Veniunt Romam decem captivi. Mandatum Poeni
 6 imperatoris in senatu exponunt. Permutatio senatui
 7 non placita. Parentes, cognati adfinesque captivorum
 amplexi eos postliminio in patriam redisse dicebant
 statumque eorum integrum incolumemque esse, ac ne
 8 ad hostes redire vellent orabant. Tum octo ex his
 postliminium iustum non esse sibi responderunt,
 quoniam deiurio vincti forent, statimque, uti iurati
 9 erant, ad Hannibalem profecti sunt. Duo reliqui

Post added by Hertz ; est. Post, Lambecius.

¹ Recovery of civic rights by a person who has been reduced to slavery by capture in war, Pomponius, *Dig.* xlix. 15. 5, and 19.

XVIII

On the strict observance by the Romans of the sanctity of an oath; and also the story of the ten prisoners whom Hannibal sent to Rome under oath.

AN oath was regarded and kept by the Romans as something inviolable and sacred. This is evident from many of their customs and laws, and this tale which I shall tell may be regarded as no slight support of the truth of the statement. After the battle of Cannae Hannibal, commander of the Carthaginians, selected ten Roman prisoners and sent them to the city, instructing them and agreeing that, if it seemed good to the Roman people, there should be an exchange of prisoners, and that for each captive that one side should receive in excess of the other side, there should be paid a pound and a half of silver. Before they left, he compelled them to take oath that they would return to the Punic camp, if the Romans would not agree to an exchange.

The ten captives come to Rome. They deliver the message of the Punic commander in the senate. The senate refused an exchange. The parents, kinsfolk and connexions of the prisoners amid embraces declared that they had returned to their native land in accordance with the law of *postliminium*,¹ and that their condition of independence was complete and inviolate; they therefore besought them not to think of returning to the enemy. Then eight of their number rejoined that they had no just right of *postliminium*, since they were bound by an oath, and they at once went back to Hannibal, as they had sworn to do. The other two remained

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- Romae manserunt solutosque esse se ac liberatos religione dicebant, quoniam, cum egressi castra hostium fuissent, commenticio consilio regressi eodem, tamquam si ob aliquam fortuitam causam, issent atque ita iureiurando satisfacto rursus iniurati
- 10 abissent. Haec eorum fraudulenta calliditas tam esse turpis existimata est, ut contempti vulgo discerptique sint censoresque eos postea omnium notarum et damnis et ignominiiis adfecerint, quoniam quod facturos deieraverant non fecissent.
- 11 Cornelius autem Nepos in libro *Exemplorum* quinto id quoque litteris mandavit, multis in senatu placuisse ut hi qui redire nollent, datis custodibus, ad Hannibalem deducerentur, sed eam sententiam numero plurium quibus id non videretur superatam; eos tamen qui ad Hannibalem non redissent usque adeo intestabiles invisosque fuisse, ut taedium vitae ceperint necemque sibi consciverint.

XIX

Historia ex annalibus sumpta de Tiberio Graccho, Gracchorum patre, tribuno plebis; atque inibi tribunicia decreta cum ipsis verbis relata.

- 1 PULCRUM atque liberale atque magnanimum factum Tiberii Sempronii Gracchi in *Exemplis* repositum est.
- 2 Id exemplum huiuscemodi est: L. Scipioni Asiatico, P. Scipionis Africani superioris fratri, C. Minucius Augurinus tribunus plebi multam irrogavit eumque

¹ Corn. Nepos, *Ex.* fr. 2, Peter^s.

² Nepos, *Ex.*, fr. 3, Peter^s.

in Rome, declaring that they had been released and freed from their obligation because, after leaving the enemy's camp, they had returned to it as if for some chance reason, but really with intent to deceive, and having thus kept the letter of the oath, they had come away again unsworn. This dishonourable cleverness of theirs was considered so shameful, that they were generally despised and reprobated; and later the censors punished them with all possible fines and marks of disgrace, on the ground that they had not done what they had sworn to do.

Furthermore Cornelius Nepos, in the fifth book of his *Examples*,¹ has recorded also that many of the senators recommended that those who refused to return should be sent to Hannibal under guard, but that the motion was defeated by a majority of dissentients. He adds that, in spite of this, those who had not returned to Hannibal were so infamous and hated that they became tired of life and committed suicide.

XIX

A story, taken from the annals, about Tiberius Gracchus, tribune of the commons and father of the Gracchi; and also an exact quotation of the decrees of the tribunes.

A FINE, noble and generous action of Tiberius Sempronius Gracchus is recorded in the *Examples*.² It runs as follows: Gaius Minucius Augurinus, tribune of the commons, imposed a fine on Lucius Scipio Asiaticus, brother of Scipio Africanus the elder,³ and demanded that he should give security

¹ The famous conqueror of Hannibal at Zama in 202 B.C. He served as *legatus* under his brother in the war against Antiochus, in 190 B.C.

3 ob eam causam praedes poscebat. Scipio Africanus
fratris nomine ad collegium tribunorum provocabat,
petebatque ut virum consularem triumphalemque a
4 collegae vi defenderent. Octo tribuni cognita causa
decreverunt.

5 Eius decreti verba, quae posui, ex annalium mo-
numentis exscripta sunt : “ Quod P. Scipio Africanus
postulavit pro L. Scipione Asiatico fratre, cum
contra leges contraque morem maiorum tribunus
pl. hominibus accitis per vim inauspicato sententiam
de eo tulerit multamque nullo exemplo irrogaverit
praedesque eum ob eam rem dare cogat aut, si non
det, in vincula duci iubeat, ut eum a collegae vi
prohibeamus. Et quod contra collega postulavit ne
sibi intercedamus quominus suapte potestate uti
liceat, de ea re nostrum sententia omnium ea est :
Si L. Cornelius Scipio Asiaticus collegae arbitrato
praedes dabit, collegae ne eum in vincula ducat
intercedemus ; si eius arbitrato praedes non dabit,
quominus collega sua potestate utatur non inter-
cedemus.”

6 Post hoc decretum cum Augurinus tribunus L.
Scipionem praedes non dantem prendi et in carcerem
duci iussisset, tunc Tiberius Sempronius Gracchus
tr. pl., pater Tiberi atque C. Gracchorum, cum P.

¹ At this period there were ten tribunes ; Augurinus and Gracchus were the other two.

for its payment. Scipio Africanus appealed to the college of tribunes on behalf of his brother, asking them to defend against the violent measures of their colleague a man who had been consul and had celebrated a triumph. Having heard the case, eight¹ of the tribunes rendered a decision.

The words of their decree, which I have quoted, are taken from the records of the annals: "Whereas Publius Scipio Africanus has asked us to protect his brother, Lucius Scipio Asiaticus, against the violent measures of one of our colleagues, in that, contrary to the laws and the customs of our forefathers, that tribune of the commons, having illegally convened an assembly without consulting the auspices, pronounced sentence upon him and imposed an unprecedented fine, and compels him to furnish security for its payment, or if he does not do so, orders that he be imprisoned; and whereas, on the other hand, our colleague has demanded that we should not interfere with him in the exercise of his legal authority—our unanimous decision in this matter is as follows: If Lucius Cornelius Scipio Asiaticus will furnish security in accordance with the decision of our colleague, we will forbid our colleague to take him to prison; but if he shall not furnish the securities in accordance with our colleague's decision, we will not interfere with our colleague in the exercise of his lawful authority."

After this decree, Lucius Scipio refused to give security and the tribune Augurinus ordered him to be arrested and taken to prison. Thereupon Tiberius Sempronius Gracchus, one of the tribunes of the commons and father of Tiberius and Gaius

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Scipioni Africano inimicus gravis ob plerasque in republica dissensiones esset, iuravit palam in amicitiam inque gratiam se cum P. Africano non redisse, atque ita decretum ex tabula recitavit.

7 Eius decreti verba haec sunt: "Cum L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans hostium duces in carcerem coniectarit, alienum videtur esse dignitate reipublicae, in eum locum imperatorem populi Romani duci, in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium; itaque L. Cornelium Scipionem Asiaticum a collegae vi prohibeo."

8 Valerius autem Antias contra hanc decretorum memoriam contraque auctoritates veterum annalium post Africani mortem intercessionem istam pro Scipione Asiatico factam esse a Tiberio Graccho dixit, neque multam irrogatam Scipioni, sed damnatum eum peculatus ob Antiochinam pecuniam, quia praedes non daret, in carcerem duci coeptum atque ita intercedente Graccho exemptum.

XX

Quod Vergilius a Nolanis ob aquam sibi non permissam sustulit e versu suo "Nolam" et posuit "oram"; atque ibi quaedam alia de iucunda consonantia litterarum.

1 SCRIPTUM in quodam commentario repperi, versus istos a Vergilio ita primum esse recitados atque editos:

¹ Page 267 note, Peter². ² Georg. ii. 244 f.

Gracchus, although he was a bitter personal enemy of Publius Scipio Africanus because of numerous disagreements on political questions, publicly made oath* that he had not been reconciled with Publius Africanus nor become his friend, and then read a decree which he had written out.

That decree ran as follows: "Whereas Lucius Cornelius Scipio Asiaticus, during the celebration of a triumph, cast the leaders of the enemy into prison, it seems contrary to the dignity of our country that the Roman people's commander should be consigned to the same place to which he had committed the leaders of the enemy; therefore I forbid my colleague to take violent measures towards Lucius Scipio Asiaticus."

But Valerius Antias, contradicting this record of the decrees and the testimony of the ancient annals, has said¹ that it was after the death of Africanus that Tiberius Gracchus interposed that veto in behalf of Scipio Asiaticus; also that Scipio was not fined, but that being convicted of embezzlement of the money taken from Antiochus and refusing to give bail, was just being taken to prison when he was saved by this veto of Gracchus.

XX

That Virgil removed *Nola* from one of his lines and substituted *ora* because the inhabitants of Nola had refused him water; and also some additional notes on the agreeable euphony of vowels.

I HAVE found it noted in a certain commentary that the following lines were first read and published by Virgil in this form:²

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Talem dives arat Capua et vicina Vesevo
Nola iugo ;

postea Vergilium petisse a Nolanis, aquam uti duceret¹ in propinquum rus, Nolanos beneficium petatum non fecisse, poetam offensum nomen urbis eorum, quasi ex hominum memoria, sic ex carmine suo derasisse, "oram" que pro "Nola" mutasse atque ita reliquisse ;

et vicina Vesevo

Ora iugo.

- 2 Ea res verane an falsa sit, non laboro ; quin tamen
melius suaviusque ad aures sit "ora" quam "Nola,"
3 dubium id non est. Nam vocalis in priore versu
extrema eademque in sequenti prima canoro simul
atque iucundo hiatu tractim sonat. Est adeo in-
4 venire apud nobiles poetas huiuscemodi suavtatis
multa, quae appareat navata esse, non fortuita ; sed
5 praeter ceteros omnis apud Homerum plurima. Uno
quippe in loco tales tamque hiantes sonitus in
assiduis vocibus pluribus facit :

Ἡ δ' ἐτέρῃ θέρεϊ προρέει εἰκνῖα χαλάζη
Ἡ χιόνι ψυχρῇ ἥ ἐξ ὕδατος κρυστάλλω,

atque item alio loco :

Λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον.

- 6 Catullus quoque elegantissimus poetarum in hisce versibus :

¹ *Hosius suggest** ducerent or duci liceret ; *Heraeus* (*Berl. Ph. Woch.* 1904, 1163 ff.) *defends* duceret.

¹ *Iliad* xxii. 151.

² The instances referred to are προρέει εἰκνῖα, χαλάζη ἥ, and ψυχρῇ ἥ.

³ *Odysseus*. xi. 596.

⁴ xxvii. 1.

Such is the soil that wealthy Capua ploughs
And Nola near Vesuvius' height.

That afterwards Virgil asked the people of Nola to allow him to run their city water into his estate, which was near by, but that they refused to grant the favour which he asked; that thereupon the offended poet erased the name of their city from his poem, as if consigning it to oblivion, changing *Nola* to *ora* (region) and leaving the phrase in this form :

The region near Vesuvius' height.

With the truth or falsity of this note I am not concerned; but there is no doubt that *ora* has a more agreeable and musical sound than *Nola*. For the last vowel in the first line and the first vowel in the following line being the same, the sound is prolonged by an hiatus that is at the same time melodious and pleasing. Indeed, it is possible to find in famous poets many instances of such melody, which appears to be the result of art rather than accident; but in Homer they are more frequent than in all other poets. In fact, in one single passage he introduces a number of sounds of such a nature, and with such an hiatus, in a series of successive words; for example :¹

The other fountain e'en in summer flows,
Like unto hail, chill snow, or crystal ice,²

and similarly in another place :³

Up to the top he pushed (*ἄνω ὤθεσκε*) the stone.

Catullus too, the most graceful of poets, in the following verses,⁴

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Minister vetuli puer Falerni,
Inger mi calices amariores,
Ut lex Postumiae iubet magistrae
Ebria acina ebriosioris,

cum dicere "ebrio" posset et, quod erat usitatus, "acinum" in neutro genere appellare, amans tamen hiatus illius Homerici suavitatem, "ebriam" dixit propter insequentis a litterae concentum. Qui "ebriosa" autem Catullum dixisse putant aut "ebrioso," nam id quoque temere scriptum invenitur, in libros scilicet de corruptis exemplaribus factos inciderunt.

XXI

"Quoad vivet" "quoad"que "moriatur" cur id ipsum temporis significant, cum ex duobus sint facta contrariis.

- 1 "QUOAD vivet" cum dicitur,¹ cum item dicitur "quoad moriatur," videntur quidem duae res dici contrariae; sed idem atque unum tempus utraque
2 verba demonstrant. Item cum dicitur "quoad senatus habebitur" et "quoad senatus dimittetur," tametsi "haberi" atque "dimitti" contraria sunt, unum atque id ipsum tamen utroque in verbo
3 ostenditur. Tempora enim duo cum inter sese opposita sunt atque ita cohaerentia ut alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert utrum per extremitatem prioris an per initium sequentis locus ipse confinis demonstratur.

¹ cum dicitur *supplied by Hertz.*

¹ Postumia is the *magistra bibendi*, who regulated the proportion of wine and water and the size of the cups, and imposed penalties for breaking her rules. Cf. Hor. *Odes*, i. 4. 18.

Boy, who servest old Falernian,
 Pour out stronger cups for me,
 Following queen¹ Postumia's mandate,
 Tipsier she than tipsy grape,

although he might have said *ebrio*, and used *acinum* in the neuter gender, as was more usual, nevertheless through love of the melody of that Homeric hiatus he said *ebria*, because it blended with the following *a*. But those who think that Catullus wrote *ebriosa* or *ebrioso*—for that incorrect reading is also found—have unquestionably happened upon editions copied from corrupt texts.

XXI

Why it is that the phrases *quoad vivet* and *quoad morietur* indicate the very same time, although based upon opposite things.

WHEN the expressions *quoad vivet*, or "so long as he shall live," and *quoad morietur*, or "until he shall die," are used, two opposite things really seem to be said, but the two expressions indicate one and the same time. Also when we say "as long as the senate shall be in session," and "until the senate shall adjourn," although "be in session" and "adjourn" are opposites, yet one and the same idea is expressed by both phrases. For when two periods of time are opposed to each other and yet are so connected that the end of one coincides with the beginning of the other, it makes no difference whether the exact point of their meeting is designated by the end of the first period or the beginning of the second.

XXII

Quod censores equum adimere soliti sunt equitibus corpulentis et praepinguibus; quaesitumque utrum ea res cum ignominia an incolumi dignitate equitum facta sit.

- 1 NIMIS pingui homini et corpulento censores equum adimere solitos, scilicet minus idoneum ratos esse¹ cum tanti corporis pondere ad faciendum equitis
- 2 munus. Non enim poena id fuit, ut quidam existimant, sed munus sine ignominia remittebatur.
- 3 Tamen Cato, in oratione quam *De Sacrificio Commisso* scripsit, obicit hanc rem crimosius, uti magis videri
- 4 possit cum ignominia fuisse. Quod si ita accipias, id profecto existimandum est, non omnino inculpatum neque indesidem visum esse, cuius corpus in tam inmodicum modum luxuriasset exuberassetque.


¹ esse omitted by Skutsch.

XXII

On the custom of the censors of taking their horse from corpulent and excessively fat knights; and the question whether such action also involved degradation or left them their rank as knights.

THE censors used to take his horse from a man who was too fat and corpulent, evidently because they thought that so heavy a person was unfit to perform the duties of a knight. For this was not a punishment, as some think, but the knight was relieved of duty without loss of rank. Yet Cato, in the speech which he wrote *On Neglecting Sacrifice*,¹ makes such an occurrence a somewhat serious charge, thus apparently indicating that it was attended with disgrace. If you understand that to have been the case, you must certainly assume that it was because a man was not looked upon as wholly free from the reproach of slothfulness, if his body had bulked and swollen to such unwieldy dimensions.

¹xviii. 5, Jordan.



BOOK VII

LIBER SEPTIMUS

I

Quem in modum responderit Chrysippus adversum eos qui providentiam consistere negaverunt.

- 1 QUIBUS non videtur mundus dei et hominum causa institutus neque res humanae providentia gubernari, gravi se argumento uti putant cum ita dicunt: "Si esset providentia, nulla essent mala." Nihil enim minus aiunt providentiae congruere, quam in eo mundo quem propter homines fecisse dicatur tantam
2 vim esse aerumnarum et malorum. Adversus ea Chrysippus cum in libro *Περὶ Προνοίας* quarto dissereret, "Nihil est prorsus istis," inquit, "insubidius, 3 qui opinantur bona esse potuisse, si non essent ibidem mala. Nam cum bona malis contraria sint, utraque necessum est opposita inter sese et quasi mutuo adversoque fulta nisu consistere; nullum
4 adeo contrarium est sine contrario altero. Quo enim pacto iustitiae sensus esse posset, nisi essent iniuriae? aut quid aliud iustitia est quam iniustitiae privatio? Quid item fortitudo intellegi posset, nisi ex ignaviae adpositione? Quid continentia, nisi ex intemperantiae? Quo item modo prudentia esset,
5 nisi foret contra imprudentia? Proinde," inquit,

¹ Fr. ii. 1169, Arn.

BOOK VII

I

How Chrysippus replied to those who denied the existence of Providence.

THOSE who do not believe that the world was created for God and mankind, or that human affairs are ruled by Providence, think that they are using a strong argument when they say: "If there were a Providence, there would be no evils." For they declare that nothing is less consistent with Providence than the existence of such a quantity of troubles and evils in a world which He is said to have made for the sake of man. Chrysippus, arguing against such views in the fourth book of his treatise *On Providence*,¹ says: "There is absolutely nothing more foolish than those men who think that good could exist, if there were at the same time no evil. For since good is the opposite of evil, it necessarily follows that both must exist in opposition to each other, supported as it were by mutual adverse forces; since as a matter of fact no opposite is conceivable without something to oppose it. For how could there be an idea of justice if there were no acts of injustice? or what else is justice than the absence of injustice? How too can courage be understood except by contrast with cowardice? Or temperance except by contrast with intemperance? How also could there be wisdom, if folly did not exist as its opposite? Therefore," said he, "why do not the

- “homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut veritas sit et non sit mendacium? Namque itidem sunt bona et mala, felicitas et infortunitas, dolor et voluptas. Alterum enim ex altero, sicuti Plato ait, verticibus inter se contrariis deligatum est; si tuleris unum, abstuleris utrumque.”
- 7 Idem Chrysippus in eodem libro tractat consideratque dignumque esse id quaeri putat, *εἰ αἱ τῶν ἀνθρώπων νόσοι κατὰ φύσιν γίνονται*, id est, si¹ natura ipsa rerum vel providentia, quae compagem hanc mundi et genus hominum fecit, morbos quoque et debilitates et aegritudines corporum, quas patiuntur
- 8 homines, fecerit. Existimat autem non fuisse hoc principale naturae consilium, ut faceret homines morbis obnoxios, numquam enim hoc convenisse naturae auctori parentique omnium rerum bonarum.
- 9 “Sed cum multa,” inquit, “atque magna gigneret pareretque aptissima et utilissima, alia quoque simul adgnata sunt incommoda his ipsis quae faciebat cohaerentia”; eaque non² per naturam, sed per sequellas quasdam necessarias facta dicit, quod ipse
- 10 appellat *κατὰ παρακολούθησιν*. “Sicut,” inquit, “cum corpora hominum natura fingeret, ratio subtilior et utilitas ipsa operis postulavit ut tenuissimis minu-
- 11 tisque ossiculis caput compingeret. Sed hanc utilitatem rei maiorem alia quaedam incommoditas extrinsecus consecuta est, ut fieret caput tenuiter munitum et ictibus offensionibusque parvis fragile.
- 12 Proinde morbi quoque et aegritudines partae sunt,

¹ si added by J. Gronov, or by Otho.

² neque, J. Gronov.

¹ *Phaedo*, 3, p. 60 B.

² Fr. ii, 1170, Arn.

fools also wish that there may be truth, but no falsehood? For it is in the same way that good and evil exist, happiness and unhappiness, pain and pleasure. For, as Plato says,¹ they are bound one to the other by their opposing extremes; if you take away one, you will have removed both."

In the same book² Chrysippus also considers and discusses this question, which he thinks worth investigating: whether men's diseases come by nature; that is, whether nature herself, or Providence, if you will, which created this structure of the universe and the human race, also created the diseases, weakness, and bodily infirmities from which mankind suffers. He, however, does not think that it was nature's original intention to make men subject to disease; for that would never have been consistent with nature as the source and mother of all things good. "But," said he, "when she was creating and bringing forth many great things which were highly suitable and useful, there were also produced at the same time troubles closely connected with those good things that she was creating"; and he declared that these were not due to nature, but to certain inevitable consequences, a process that he himself calls *κατὰ παρακολούθησιν*. "Exactly as," he says, "when nature fashioned men's bodies, a higher reason and the actual usefulness of what she was creating demanded that the head be made of very delicate and small bones. But this greater usefulness of one part was attended with an external disadvantage; namely, that the head was but slightly protected and could be damaged by slight blows and shocks. In the same way diseases too and illness were created at the same time with

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 13 dum salus paritur. Sicut hercle," inquit, "dum virtus hominibus per consilium naturae gignitur, vitia ibidem per adfinitatem contraria¹ nata sunt."

II

Quo itidem modo et vim necessitatemque fati constituerit et esse tamen in nobis consilii iudiciiue nostri arbitrium confirmaverit.

- 1 FATUM, quod *είμαρμένην* Graeci vocant, ad hanc ferme sententiam Chrysippus, Stoicae princeps philosophiae, definit: "Fatum est," inquit, "sempiterna quaedam et indeclinabilis series rerum et catena, volvens semetipsa sese et implicans per aeternos
2 consequentiae ordines, ex quibus apta nexaque est." Ipsa autem verba Chrysippi, quantum valui memoria, ascripsi, ut, si cui meum istud interpretamentum videbitur esse obscurius, ad ipsius verba animad-
3 vertat. In libro enim *Περὶ Προνοίας* quarto *είμαρμένην* esse dicit *φυσικὴν τινα σύνταξιν τῶν ὅλων ἐξ αἰδίου τῶν ἐτέρων τοῖς ἐτέροις ἐπακολουθούντων καὶ μεταπολουμένων ἀπαραβάτου οὔσης τῆς τοιαύτης ἐπιπλοκῆς*.
4 Aliarum autem opinionum disciplinarumque aucto-
5 res huic definitioni ita obstrepunt: "Si Chrysippus," inquit, "fato putat omnia moveri et regi nec declinari transcendique posse agmina fati et volumina, peccata quoque hominum et delicta non suscensenda neque inducenda sunt ipsis voluntati-

¹ contraria, *Skutsch*; contrariam, *MSS.*

¹ Fr. ii. 1000, Arn.

health. Exactly, by Heaven!" said he, "as vices, through their relationship to the opposite quality, are produced at the same time that virtue is created for mankind by nature's design."

II

How Chrysippus also maintained the power and inevitable nature of fate, but at the same time declared that we had control over our plans and decisions.

CHRYSIPPUS, the leader of the Stoic philosophy, defined fate, which the Greeks call *είμαρμένη*, in about the following terms:¹ "Fate," he says, "is an eternal and unalterable series of circumstances, and a chain rolling and entangling itself through an unbroken series of consequences, from which it is fashioned and made up." But I have copied Chrysippus' very words, as exactly as I could recall them, in order that, if my interpretation should seem too obscure to anyone, he may turn his attention to the philosopher's own language. For in the fourth book of his work *On Providence*, he says that *είμαρμένη* is "an orderly series, established by nature, of all events, following one another and joined together from eternity, and their unalterable interdependence."

But the authors of other views and of other schools of philosophy openly criticize this definition as follows: "If Chrysippus," they say, "believes that all things are set in motion and directed by fate, and that the course of fate and its coils cannot be turned aside or evaded, then the sins and faults of men too ought not to cause anger or be attributed to

busque eorum, sed necessitati cuidam et instantiae, quae oritur ex fato," omnium quae sit rerum domina et arbitra, per quam necesse sit fieri quicquid futurum est; et propterea nocentium poenas legibus inique constitutas, si homines ad maleficia non sponte veniunt, sed fato trahuntur.

- 6 Contra ea Chrysippus tenuiter multa et argute
 disserit; sed omnium fere quae super ea re scripsit
 7 huiuscemodi sententia est: "Quamquam ita sit,"
 inquit, "ut ratione quadam necessaria et principali
 coacta atque conexa sint fato omnia, ingenia tamen
 ipsa mentium nostrarum proinde sunt fato obnoxia,
 8 ut proprietas eorum est ipsa et qualitas. Nam si
 sunt per naturam primitus salubriter utiliterque
 ficta, omnem illam vim, quae de fato extrinsecus
 ingruit, inoffensius tractabiliusque transmittunt. Sin
 vero sunt aspera et inscita et rudia nullisque artium
 bonarum adminiculis fulta, etiamsi parvo sive nullo
 fatalis incommodi conflictu urgeantur, sua tamen
 scaevitate et voluntario impetu in assidua delicta et
 9 in errores se ruunt. Idque ipsum ut ea ratione fiat,
 naturalis illa et necessaria rerum consequentia efficit,
 10 quae 'fatum' vocatur. Est enim genere ipso quasi
 fatale et consequens, ut mala ingenia peccatis et
 erroribus non vacent."

- 11 Huius deinde fere rei exemplo non hercle nimis
 alieno neque inlepidio utitur. "Sicut," inquit,
 "lapidem cylindrum si per spatia terrae prona atque
 derupta iacias, causam¹ quidem ei et initium prae-

¹ causam, *Hosius* (cf. ii. 17. 6); causa, *ω*.

¹ Fr. ii. 1000, Arn.

² Fr. ii. 1000, Arn.

themselves and their inclinations, but to a certain unavoidable impulse which arises from fate," which is the mistress and arbiter of all things, and through which everything that will happen must happen; and that therefore the establishing of penalties for the guilty by law is unjust, if men do not voluntarily commit crimes, but are led into them by fate.

Against these criticisms Chrysippus argues at length, subtilely and cleverly, but the purport of all that he has written on that subject is about this:¹ "Although it is a fact," he says, "that all things are subject to an inevitable and fundamental law and are closely linked to fate, yet the peculiar properties of our minds are subject to fate only according to their individuality and quality. For if in the beginning they are fashioned by nature for health and usefulness, they will avoid with little opposition and little difficulty all that force with which fate threatens them from without. But if they are rough, ignorant, crude, and without any support from education, through their own perversity and voluntary impulse they plunge into continual faults and sin, even though the assault of some inconvenience due to fate be slight or non-existent. And that this very thing should happen in this way is due to that natural and inevitable connection of events which is called 'fate.' For it is in the nature of things, so to speak, fated and inevitable that evil characters should not be free from sins and faults."

A little later he uses an illustration of this statement of his, which is in truth quite neat and appropriate:² "For instance," he says, "if you roll a cylindrical stone over a sloping, steep piece of ground, you do indeed furnish the beginning and

cipitantiae feceris,¹ mox tamen ille praeceps volvitur, non quia tu id etiam² facis, sed quoniam ita sese modus eius et formae volubilitas habet; sic ordo et ratio et necessitas fati genera ipsa et principia causarum movet, impetus vero consiliorum mentiumque nostrarum actionesque ipsas voluntas cuiusque
 12 propria et animorum ingenia moderantur." Infert deinde verba haec, his quae dixi congruentia: Διὸ καὶ ὑπὸ τῶν Πυθαγορείων εἴρηται·

Γνώσει δ' ἀνθρώπους αὐθαίρετα πῆματ' ἔχοντας,

ὡς τῶν βλαβῶν ἐκάστοις παρ' αὐτοῖς γινομένων καὶ καθ' ὁρμὴν αὐτῶν ἀμαρτανόντων τε καὶ βλαπτομένων
 13 καὶ κατὰ τὴν αὐτῶν διάνοιαν καὶ θέσιν. Propterea negat oportere ferri audirique homines aut nequam aut ignavos et nocentes et audaces, qui, cum in culpa et in maleficio revicti sunt, perfugiunt ad fati necessitatem, tamquam in aliquod fani asylum et, quae pessime fecerunt, ea non suae temeritati, sed fato esse attribuenda dicunt.

14 Primus autem hoc sapientissimus ille et antiquissimus poetarum dixit hisce versibus :

*Ω πόποι, οἷον δὴ νῦ θεοὺς βροτοὶ αἰτιόωνται.
 Ἐξ ἡμέων γάρ φασι κάκ' ἔμμεναι· οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
 Σφῆσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγέ' ἔχουσιν.

15 Itaque M. Cicero, in libro quem *De Fato* conscripsit, cum quaestionem istam diceret obscurissimam esse

¹ fueris, *Hertz*.

² etiam, *Hosius*; iam, *ω*.

¹ Fr. ii. 1000, *Arn*.

² *Homer, Odyss. i. 32.*

³ *Χρύσεια Ἔπη, 54.*

⁴ Fr. 1, p. 582, *Orelli*².

cause of its rapid descent, yet soon it speeds onward, not because you make it do so, but because of its peculiar form and natural tendency to roll; just so the order, the law, and the inevitable quality of fate set in motion the various classes of things and the beginnings of causes, but the carrying out of our designs and thoughts, and even our actions, are regulated by each individual's own will and the characteristics of his mind." Then he adds these words, in harmony with what I have said :¹ "Therefore it is said by the Pythagoreans also :²

You'll learn that men have ills which they themselves

Bring on themselves,

for harm comes to each of them through themselves, and they go astray through their own impulse and are harmed by their own purpose and determination." Therefore he says that wicked, slothful, sinful and reckless men ought not to be endured or listened to, who, when they are caught fast in guilt and sin, take refuge in the inevitable nature of fate, as if in the asylum of some shrine, declaring that their outrageous actions must be charged, not to their own heedlessness, but to fate.

The first to express this thought was the oldest and wisest of the poets, in these verses :³

Alas ! how wrongly mortals blame the gods !

From us, they say, comes evil ; they themselves

By their own folly woes unfated bear.

Therefore Marcus Cicero, in the book which he wrote *On Fate* ⁴ after first remarking that this question is highly obscure and involved, declares that

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

et implicatissimam, Chrysippum quoque philosophum non expedisse se in ea ait¹ his verbis: "Chrysippus aestuans laboransque quonam hoc modo² explicet, et fato omnia fieri et esse aliquid in nobis, intricatur."

III

Historia sumpta ex libris Tuberonis de serpente invisitatae longitudinis.

- 1 TUBERO in *Historiis* scriptum reliquit, bello primo Poenico Atilium Regulum consulem in Africa, castris apud Bagradam flumen positis, proelium grande atque acre fecisse adversus unum serpentem in illis locis stabulantem invisitatae inmanitatis, eumque magna totius exercitus conflictione balistis atque catapultis diu oppugnatum, eiusque interfecti corium longum pedes centum et viginti Romam missum esse.³

IV

Quid idem Tubero novae historiae de Atilio Regulo a Carthaginensibus capto litteris mandaverit; quid etiam Tuditanus super eodem Regulo scripserit.

- 1 QUOD satis celebre est de Atilio Regulo, id nuperrime legimus scriptum in Tuditani libris: Regu-

¹ ait, added by Lion.

² hoc modo after intricatur in ∞ ; transposed by Hertz; hoc nodo after intricatur, Damsté.

even the philosopher Chrysippus¹ was unable to extricate himself from its difficulties, using these words: "Chrysippus, in spite of all efforts and labour, is perplexed how to explain that everything is ruled by fate, but that we nevertheless have some control over our conduct."

III

An account, taken from the works of Tubero, of a serpent of unprecedented length.

TUBERO in his *Histories* has recorded² that in the first Punic war the consul Atilius Regulus, when encamped at the Bagradas river in Africa,³ fought a stubborn and fierce battle with a single serpent of extraordinary size, which had its lair in that region; that in a mighty struggle with the entire army the reptile was attacked for a long time with hurling engines and catapults; and that when it was finally killed, its skin, a hundred and twenty feet long, was sent to Rome.

IV

A new account, written by the above-mentioned Tubero, of the capture of Regulus by the Carthaginians; and also what Tuditanus wrote about that same Regulus.

I RECENTLY read in the works of Tuditanus the well-known story about Atilius Regulus:⁴ That

¹ Fr. ii, 977, Arn.

² Fr. 8, Peter².

³ In 256 B.C.

⁴ Fr. 5, Peter².

⁵ *missum esse, Lion; Hosius suggested cos. (= consulem) before corium; misisse, ω.*

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

lum captum ad ea quae in senatu Romae dixit, suadens ne captivi cum Carthaginiensibus permutarentur, id quoque addidisse, venenum sibi Carthaginienses dedisse, non praesentarium, sed eiusmodi quod mortem in diem proferret, eo consilio, ut viveret quidem tantisper quoad fieret permutatio, post autem grassante sensim veneno contabesceret.

- 2 Eundem Regulum Tubero in *Historiis* redisse Carthaginem novisque exemplorum modis excruciatum a Poenis dicit: "In atras," inquit, "et profundas tenebras eum claudebant ac diu post, ubi erat visus sol ardentissimus, repente educebant et adversus ictus solis oppositum continebant atque intendere in caelum oculos cogeant. Palpebras quoque eius, ne conivere posset, sursum ac deorsum diductas 4 insuebant." Tuditanus autem somno diu prohibitum atque ita vita privatum refert, idque ubi Romae cognitum est, nobilissimos Poenorum captivos liberis Reguli a senatu deditos et ab his in armario muricibus praefixo destitutos eademque insomnia cruciatos interisse.

V

Quod Alfenus iureconsultus in verbis veteribus interpretandis erravit.

- 1 ALFENUS iureconsultus, Servii Sulpicii discipulus rerumque antiquarum non incuriosus, in libro *Di-*

¹ Fr. 9, Peter.

Regulus, when a prisoner, in addition to the advice which he gave in the senate at Rome against making an exchange of prisoners with the Carthaginians, also declared that the Carthaginians had given him a poison, not of immediate effect, but such as to delay his death for a season; that their design was that he should live for a time, until the exchange was accomplished, but afterwards should waste away as the drug gradually took effect.

Tubero in his *Histories* says¹ that this Regulus returned to Carthage and was put to death by the Carthaginians with tortures of a novel kind: "They confined him," he says, "in a dark and deep dungeon, and a long time afterwards suddenly brought him out, when the sun was shining most brightly, and exposed him to its direct rays, holding him and forcing him to fix his gaze upon the sky. They even drew his eyelids apart upward and downward and sewed them fast, so that he could not close his eyes." Tuditanus, however, reports that Regulus was for a long time deprived of sleep and so killed, and that when this became known at Rome, Carthaginian captives of the highest rank were handed over by the senate to his sons, who shut them in a chest studded within with spikes;² and that they too were tortured to death by lack of sleep.

V

An error of the jurist Alfenus in the interpretation of early words.

THE jurist Alfenus, a pupil of Servius Sulpicius and a man greatly interested in matters antiquarian,

² See McCartney, *The Figurative Use of Animal Names* (Univ. of Penna diss.), Lancaster, Pa., 1912.

gestorum tricesimo et quarto, *Coniectaneorum* autem secundo: "In foedere," inquit, "quod inter populum Romanum et Carthaginienses factum est, scriptum invenitur ut Carthaginienses quotannis populo Romano darent certum pondus 'argenti puri puti,' quaesitumque est quid esset 'purum putum.' Respondi," inquit, "ego 'putum' esse 'valde purum,' sicut novum 'novicium' dicimus et proprium 'propicium,' augere atque intendere volentes 'novi' et 'proprii' significationem."

- 2 Hoc ubi legimus, mirabamur eandem adfinitatem
 visam esse Alfeno "puri" et "puti," quae sit
 3 "novicii" et "novi"; nam, si esset "puricium,"
 4 tum sane videretur dici quasi "novicium." Id etiam
 mirum fuit, quod "novicium" per augendi figuram
 dictum existimavit, cum sit "novicium" non quod
 magis novum sit, sed quod a "novo" dictum sit
 5 inclinatumque. His igitur assentimus, qui "putum"
 esse dicunt a "putando" dictum et ob eam causam
 prima syllaba brevi pronuntiant, non longa, ut existi-
 masse Alfenus videtur, qui a "puro" id esse factum
 6 scripsit. "Putare" autem veteres dixerunt vacantia
 ex quaque re ac non necessaria aut etiam obstantia
 et aliena auferre et excidere, et quod esse utile ac
 7 sine vitio videretur relinquere. Sic namque arbores
 et vites et sic rationes etiam "putari" dictum.
 8 Verbum quoque ipsum "puto," quod declarandae
 sententiae nostrae causa dicimus, non significat pro-
 fecto aliud quam id agere nos in re dubia obscuraque,
 ut decisis amputatisque falsis opinionibus, quod vide-

¹ Fr. 1, Huschke; Resp. 14, Dig. 99, Bremer (i, pp. 287, 322, 330).

² That is, to clear one's accounts.

in the thirty-fourth book of his *Digests* and the second of his *Miscellanies*, says:¹ "In a treaty which was made between the Roman people and the Carthaginians the provision is found, that the Carthaginians should pay each year to the Roman people a certain weight of *argenti puri puti*, and the meaning of *puri puti* was asked. I replied," he says, "that *putus* meant 'very pure,' just as we say *novicius* for *novus* (new) and *propicius* for *proprius* (proper), when we wish to augment and amplify the meaning of *novus* and *proprius*."

Upon reading this, I was surprised that Alfenus should think that the relation of *purus* and *putus* was the same as that of *novicius* and *novus*; for if the word were *puricius*, then it would indeed appear to be formed like *novicius*. It was also surprising that he thought that *novicius* was used to imply amplification, since in fact *novicius* does not mean "more new," but is merely a derivative and variant of *novus*. Accordingly, I agree with those who think that *putus* is derived from *puto* and therefore pronounce the word with the first syllable short, not long as Alfenus seems to have thought it, since he wrote that *putus* came from *purus*. Moreover, the earlier writers used *putare* of removing and pruning away from anything whatever was superfluous and unnecessary, or even injurious and foreign, leaving only what seemed useful and without blemish. For that was the meaning of *putare*, "to prune," as applied to trees and vines, and so too as used of accounts.² The verb *puto* itself also, which we use for the purpose of stating our opinion, certainly means nothing else than that in an obscure and difficult matter we do our best, by cutting away and lopping

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

atur esse verum et integrum et incorruptum retine-
9 amus. Argentum ergo in Carthaginensi foedere
“putum” dictum est quasi exputatum excoctumque
omnique aliena materia carens omnibusque ex eo
vitiis detractis emaculatum et candefactum.

10 Scriptum est autem “purum putum,” non in Car-
thaginensi solum foedere, sed cum in multis aliis
veterum libris, tum in Q. quoque Ennii tragoedia
quae inscribitur *Alexander*, et in satira M. Varronis
quae inscripta est *Δὲς Παῖδες οἱ Γέροντες*.

VI

Temere inepteque reprehensum esse a Iulio Hygino Vergilium,
quod “praepetes” Daedali pennas dixit; atque inibi quid
sint “aves praepetes” et quid illae sint aves quas Nigidius
“inferas” appellavit.

1 DAEDALUS, ut fama est, fugiens Minoia regna,
Praepetibus pennis ausus se credere caelo.

2 In his Vergilii versibus reprehendit Iulius Hyginus
“pennis praepetibus” quasi inproprie et inscite
3 dictum. “Nam ‘praepetes,’” inquit, “aves ab
auguribus appellantur, quae aut opportune prae-
4 volant aut idoneas sedes capiunt.” Non apte igitur
usum verbo augurali existimavit in Daedali volatu,
nihil ad augurum disciplinam pertinente.

5 Sed Hyginus nimis hercle ineptus fuit, cum quid
“praepetes” essent se scire ratus est, Vergilium

¹ 62, Ribbeck³.

³ *Aen.* vi. 14 f.

² Fr. 91, Bücheler.

⁴ Fr. 6, Fun.

off false views, to retain what seems true and pure and sound. Therefore in the treaty with Carthage silver was called *putum*, as having been thoroughly purified and refined, as free from all foreign matter, and as spotless and whitened by the removal from it of all impurities.

But the expression *purum putum* occurs, not only in the treaty with Carthage, but also in many other early writings, including the tragedy of Quintus Ennius entitled *Alexander*,¹ and the satire of Marcus Varro called *Δὺς Παῖδες οἱ Γέροντες*,² or *Old Men are Children for a Second Time*.

VI

That Julius Hyginus was hasty and foolish in his criticism of Virgil for calling the wings of Daedalus *praepetes*; also a note on the meaning of *aves praepetes* and of those birds which Nigidius called *inferae*.

FROM Minos' realms in flight brave Daedalus
On pinion swift (*praepetibus*), 'tis said, did dare the
sky.

In these lines of Virgil³ Julius Hyginus 'criticizes the use of *pennis praepetibus* as an improper and ignorant expression. "For," says he, "those birds are called *praepetes* by the augurs which either fly onward auspiciously or alight in suitable places." Therefore he thought it inappropriate in Virgil to use an augural term in speaking of the flight of Daedalus, which had nothing to do with the science of the augurs.

But of a truth it was Hyginus who was altogether foolish in supposing that the meaning of *praepetes* was known to him, but unknown to Virgil and to

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

autem et Cn. Matium, doctum virum, ignorasse, qui in secundo *Iliadis* Victoriam volucrem "praepetem" appellavit in hoc versu :

Dum dat vincendi praepes Victoria palmam.

6 Cur autem non Q. quoque Ennium reprehendit, qui in *Annalibus* non pennas Daedali, sed longe diversius :

Brundisium (inquit) pulcro praecinctorum praepete portu ?

7 Set si vim potius naturamque verbi considerasset neque id solum quod augures dicerent inspexisset, veniam prorsus poetis daret similitudine ac translatione verborum, non significatione propria utenti-

8 bus. Nam quoniam non ipsae tantum aves quae prosperius praevolant, sed etiam loci quos capiunt, quod idonei felicesque sunt, "praepetes" appellantur, idcirco Daedali pennas "praepetes" dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat in loca tutiora
9 pervenerat. Locos porro "praepetes" et augures appellant et Ennius in *Annalium* primo dixit :

praepetibus sese pulcrisque locis dant.

10 Avibus autem "praepetibus" contrarias aves "inferas" appellari, Nigidius Figulus in libro primo *Augurii Privati* ita dicit : "Discrepat dextra sinistrae,
11 praepes inferae." Ex quo est coniectare "praepetes" appellatas quae altius sublimiusque volitent,

¹ Fr. 3, Bährens (*F.P.R.*).

² 488, Vahlen². Cf. Gell. ix. 4. 1.

³ 94, Vahlen².

⁴ That is, low-flying, as opposed to swift-, or high-, flying.

⁵ Fr. 80, Swoboda.

Gnaeus Matius, a learned man, who in the second book of his *Iliad* called winged Victory *praepes* in the following line :¹

While Victory swift (*praepes*) the victor's palm bestows.

Furthermore, why does he not find fault also with Quintus Ennius, who in his *Annals* uses *praepes*, not of the wings of Daedalus, but of something very different, in the line :²

Brundisium girt with fair, propitious (*praepete*) port?

But if Hyginus had regarded the force and origin of the word rather than merely noting the meaning given to it by the augurs, he would certainly pardon the poets for using words in a figurative and metaphorical sense rather than literally. For since not only the birds themselves which fly auspiciously, but also the places which they take, since these are suitable and propitious, are called *praepetes*, therefore Virgil called the wings of Daedalus *praepetes*, since he had come from places in which he feared danger into safer regions. Furthermore, the augurs call places *praepetes*, and Ennius in the first book of his *Annals* said :³

In fair, propitious (*praepetibus*) places they alight.

But birds that are the opposite of *praepetes* are called *inferae*, or "low,"⁴ according to Nigidius Figulus, who says in the first book of his *Private Augury* :⁵ "The right is opposed to the left, *praepes* to *infera*." From this we may infer that birds were called *praepetes* which have a higher and loftier

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

cum differre a "praepetibus" Nigidius "inferas" dixerit.

- 12 Adulescens ego Romae, cum etiamtum ad grammaticos itarem, audivi Apollinarem Sulpicium, quem inprimis sectabar, cum de iure augurio quaereretur et mentio "praepetum avium" facta esset, Erucio Claro praefecto urbi dicere, "praepetes" sibi videri esse alites, quas Homerus *τανυπτέρυγας* appellaverit, quoniam istas potissimum augures spectarent quae ingentibus alis patulae atque porrectae praevolarent. Atque ibi hos Homeri versus dixit:

Τύνη δ' οἰωνοῖσι τανυπτερύγεσσι κελεύεις
Πείθεσθαι, τῶν οὐ τι μετατρέπομ' οὐδ' ἀλεγίζω.

VII

De Acca Larentia et Gaia Taracia; deque origine sacerdotii Fratrum Arvalium.

- 1 ACCAE Larentiae et Gariae Taraciae, sive illa Fufetia est, nomina in antiquis annalibus celebria sunt. Earum alterae post mortem, Taraciae autem vivae, amplissimi honores a populo Romano habiti.
- 2 Et Taraciam quidem virginem Vestae fuisse lex Horatia testis est quae super ea ad populum lata. Qua lege ei plurimi honores fiunt, inter quos ius quoque testimonii dicendi tribuitur, "testabilis" que una omnium feminarum ut sit datur. Id verbum est
- 3 legis ipsius Horatiae; contrarium est in *Duodecim*

¹ *Iliad* xii. 237 f.

² viii. 22; the date of this *privilegium* (see x. 20. 4) is uncertain.

flight, since Nigidius said that the *praepetes* were contrasted with the *inferae*.

In my youth in Rome, when I was still in attendance on the grammarians, I gave special attention to Sulpicius Apollinaris. Once when there was a discussion about augural law and mention had been made of *praepetes aves*, I heard him say to Erucius Clarus, the city prefect, that in his opinion *praepetes* was equivalent to Homer's *τανυπτέρυγες*, or "wide-winged," since the augurs had special regard to those birds whose flight was broad and wide because of their great wings. And then he quoted these verses of Homer:¹

You bid me trust the flight of wide-winged birds,
But I regard them not, nor think of them.

VII

On Acca Larentia and Gaia Taracia; and on the origin of the priesthood of the Arval Brethren.

THE names of Acca Larentia and Gaia Taracia, or Fufetia as she is sometimes called, are frequent in the early annals. To the former of these after her death, but to Taracia while she still lived, the Roman people paid distinguished honours. And that Taracia, at any rate, was a Vestal virgin is proved by the Horatian law which was laid before the people with regard to her. By this law very many honours are bestowed upon her and among them the right of giving testimony is granted her, and that privilege is given to no other woman in the State. The word *testabilis* is used in the Horatian law itself, and its opposite occurs in the *Twelve Tables*:² "Let him be

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Tabulis scriptum: "Inprobus intestabilisque esto."

4 Praeterea si quadraginta annos nata sacerdotio abire ac nubere voluisset, ius ei potestasque exaugurandi atque nubendi facta est munificentiae et beneficii gratia, quod campum Tiberinum sive Martium populo condonasset.

5 Sed Acca Larentia corpus in vulgus dabat pecu-
6 niamque emeruerat ex eo quaestu uberem. Ea
testamento, ut in Antiatis *Historia* scriptum est,
Romulum regem, ut quidam autem alii tradiderunt,
7 populum Romanum bonis suis heredem fecit. Ob id
meritum a flamine Quirinali sacrificium ei publice fit
8 et dies e nomine eius in fastos additus. Sed Sabinus
Masurius in primo *Memorialium*, secutus quosdam
historiae scriptores, Accam Larentiam Romuli nu-
tricem fuisse dicit. "Ea," inquit, "mulier ex duo-
decim filiis maribus unum morte amisit. In illius
locum Romulus Accae sese filium dedit seque et
ceteros eius filios 'fratres Arvales' appellavit. Ex eo
tempore collegium mansit fratrum Arvalium numero
duodecim, cuius sacerdotii insigne est spicea corona
et albae infulae."

VIII

Notata quaedam de rege Alexandro et de P. Scipione memoratu digna.

1 'Απίων, Graecus homo, qui Πλειστονείκης appella-
2 tus est, facili atque alacri facundia fuit. Is cum de

¹ Fr. 1, Peter^s.

² Fr. 14, Huschke; 1, Bremer (ii, p. 368).

infamous and *intestabilis*, or 'forbidden to testify.' " Besides, if at the age of forty she should wish to leave the priesthood and marry, the right and privilege of withdrawing from the order and marrying were allowed her, in gratitude for her generosity and kindness in presenting to the people the *campus Tiberinus* or *Martius*.

But Acca Larentia was a public prostitute and by that trade had earned a great deal of money. In her will she made king Romulus heir to her property, according to Antias' *History*;¹ according to some others, the Roman people. Because of that favour public sacrifice was offered to her by the priest of Quirinus and a day was consecrated to her memory in the Calendar. But Masurius Sabinus, in the first book of his *Memorialia*, following certain historians, asserts that Acca Larentia was Romulus' nurse. His words are:² "This woman, who had twelve sons, lost one of them by death. In his place Romulus gave himself to Acca as a son, and called himself and her other sons 'Arval Brethren.' Since that time there has always been a college of Arval Brethren, twelve in number, and the insignia of the priesthood are a garland of wheat ears and white fillets."

VIII

Some noteworthy anecdotes of King Alexander and of Publius Scipio.

APION, a Greek, called Pleistoneices,³ possessed a fluent and lively style. Writing in praise of king

* "Of many quarrels," a word coined in imitation of the epithet applied to famous athletes: *πλειστονίκης*, "of many victories."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Alexandri regis laudibus scriberet: "Victi," inquit, "hostis uxorem, facie incluta mulierem, vetuit in conspectum suum deduci, ut eam ne oculis quidem
3 suis contingeret." Lepide igitur agitari potest, utrum videri continentiorem par sit, Publiumne Africanum superiorem, qui, Carthagine ampla civitate in Hispania expugnata, virginem tempestivam, forma egregia, nobilis viri Hispani filiam captam perductamque ad se patri inviolatam reddidit, an regem Alexandrum, qui Darii regis uxorem eandemque eiusdem sororem, proelio magno captam, quam esse audiebat exuperanti forma, videre noluit perducique ad sese prohibuit.

4 Sed hanc utramque declamatiunculam super Alexandro et Scipione celebraverint, quibus abunde et
5 ingenii et otii et verborum est; nos satis habebimus, quod ex historia est, id dicere: Scipionem istum, verone an falso incertum, fama tamen, cum esset adulescens, haud sincera fuisse et propemodum constitisse, hosce versus a Cn. Naevio poeta in eum scriptos esse:

Etiám qui res magnás manu ¹ saepe géssit glorióse,
Cuius fácta viva núnc vigent, qui apud géntes
solus praestat,

Eum súus pater cum pállio uno domum ² ab amíca
abduxit.

6 His ego versibus credo adductum Valerium Antiatem adversus ceteros omnis scriptores de Scipionis

¹ manu magnas, *Fleckeisen*.

² domum added by *Bährens*.

¹ *F.H.G.* iii. 515.

² Really New Carthage, captured in 210 B.C.; the story is told by Livy, xxvi. 50.

Alexander, he says :¹ " He forbade the wife of his vanquished foe, a woman of surpassing loveliness, to be brought into his presence, in order that he might not touch her even with his eyes." We have then the subject for a pleasant discussion—which of the two shall justly be considered the more continent : Publius Africanus the elder, who after he had stormed Carthage,² a powerful city in Spain, and a marriageable girl of wonderful beauty, the daughter of a noble Spaniard, had been taken prisoner and brought to him, restored her unharmed to her father ; or king Alexander, who refused even to see the wife of king Darius, who was also his sister, when he had taken her captive in a great battle and had heard that she was of extreme beauty, but forbade her to be brought before him.

But those who have an abundance of talent, leisure and eloquence may use this material for a pair of little declamations on Alexander and Scipio ; I shall be satisfied with relating this, which is a matter of historical record : Whether it be false or true is uncertain, but at any rate the story goes that your Scipio in his youth did not have an unblemished reputation, and that it was all but generally believed that it was at him that the following verses were aimed by the poet Gnaeus Naevius :³

E'en he who oft-times mighty deeds hath done,
Whose glory and exploits still live, to whom
The nations bow, his father once led home,
Clad in a single garment, from his love.

I think it was by these verses that Valerius Antias was led to hold an opinion opposed to that of all

¹ ii. 108, Ribbeck².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

moribus sensisse et eam puellam captivam non redditam patri scripsisse, contra quam nos supra diximus, sed retentam a Scipione atque in deliciis amoribusque ab eo usurpatam.

IX

Locus exemptus ex *Annalibus* L. Pisonis historiae et orationis lepidissimae.

- 1 Quod res videbatur memoratu digna, quam fecisse Cn. Flavium, Anni filium, aedilem curulem, L. Piso in tertio *Annali* scripsit, eaque res perquam pure et venuste narrata a Pisone, locum istum totum huc ex Pisonis *Annali* transposuimus.
- 2 "Cn.," inquit, "Flavius, patre libertino natus, scriptum faciebat, isque in eo tempore aedili curuli apparebat, quo tempore aediles subrogantur, eumque
- 3 pro tribu aedilem curulem renuntiaverunt. Aedilem qui comitia habebat negat accipere, neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum aedilem fieri.
- 4 Cn. Flavius, Anni filius, dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse, isque aedilis curulis factus est.
- 5 "Idem Cn. Flavius, Anni filius, dicitur ad collegam venisse visere aegrotum. Eo in conclave postquam introivit, adulescentes ibi complures nobiles sedebant. Hi contemnentes eum, assurgere ei nemo

¹ Fr. 25, Peter².

² He was the secretary of the censor Appius Claudius Caecus and became curule aedile in 303 B.C.

³ Fr. 27, Peter².

⁴ The expression *pro tribu* is difficult, but appears in Livy ix, 46. 2 in the same connection, *cum fieri se pro tribu aedilem*

other writers about Scipio's character, and to write,¹ contrary to what I said above, that the captured maiden was not returned to her father, but was kept by Scipio and possessed by him in amorous dalliance.

IX

A passage taken from the *Annals* of Lucius Piso, highly diverting in content and graceful in style.

BECAUSE the action of Gnaeus Flavius,² the curule aedile, son of Annius, which Lucius Piso described in the third book of his *Annals*, seemed worthy of record, and because the story is told by Piso in a very pure and charming style, I have quoted the entire passage from Piso's *Annals*:³

"Gnaeus Flavius, the son of a freedman," he says, "was a scribe by profession and was in the service of a curule aedile at the time of the election of the succeeding aediles. The assembly of the tribes⁴ named Flavius curule aedile, but the magistrate who presided at the election refused to accept him as an aedile, not thinking it right that one who followed the profession of scribe should be made an aedile. Gnaeus Flavius, son of Annius, is said to have laid aside his tablets and resigned his clerkship, and he was then made a curule aedile.

"This same Gnaeus Flavius, son of Annius, is said to have come to call upon a sick colleague. When he arrived and entered the room, several young nobles were seated there. They treated Flavius with contempt and none of them was willing to

videret. Gronovius believed that it referred to the *tribus praerogativa*, which voted first in order.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

6 voluit. Cn. Flavius, Anni filius, aedilis, id arrisit, sellam curulem iussit sibi afferri, eam in limine apposuit, ne quis illorum exire posset utique hi omnes inviti viderent sese in sella curuli sedentem."

X

Historia super Euclida Socratico, cuius exemplo Taurus philosophus hortari adulescentes suos solitus ad philosophiam naviter sectandam.

1 **PHILOSOPHUS TAURUS**, vir memoria nostra in disciplina Platonica celebratus, cum aliis bonis multis salubribusque exemplis hortabatur ad philosophiam capessendam, tum vel maxime ista re iuvenum animos expergebat, Euclidem quam dicebat Socraticum factitavisse. "Decreto," inquit, "suo Athenienses caverant, ut qui Megaris civis esset, si intulisse Athenas pedem pressus esset, ut ea res ei homini
2 capitalis esset; tanto Athenienses," inquit, "odio
3 flagrabant finitimorum hominum Megarensium. Tum
4 Euclides, qui indidem Megaris erat quique ante id decretum et esse Athenis et audire Socratem consueverat, postquam id decretum sanxerunt, sub noctem, cum advesperasceret, tunica longa muliebri indutus et pallio versicolore amictus et caput rica velatus, e domo sua Megaris Athenas ad Socratem commeabat, ut vel noctis aliquo tempore consiliorum sermonumque eius fieret particeps, rursusque sub lucem milia passuum paulo amplius viginti eadem veste illa

rise in his presence. Gnaeus Flavius, son of Annius, the aedile, laughed at this rudeness; then he ordered his curule chair to be brought and placed it on the threshold, in order that none of them might be able to go out, and that all of them against their will might see him sitting on his chair of state."

X

A story about Euclides, the Socratic, by whose example the philosopher Taurus used to urge his pupils to be diligent in the pursuit of philosophy.

THE philosopher Taurus, a celebrated Platonist of my time, used to urge the study of philosophy by many other good and wholesome examples and in particular stimulated the minds of the young by what he said that Euclides the Socratic used to do. "The Athenians," said he, "had provided in one of their decrees that any citizen of Megara who should be found to have set foot in Athens should for that suffer death; so great," says he, "was the hatred of the neighbouring men of Megara with which the Athenians were inflamed. Then Euclides, who was from that very town of Megara and before the passage of that decree had been accustomed both to come to Athens and to listen to Socrates, after the enactment of that measure, at nightfall, as darkness was coming on, clad in a woman's long tunic, wrapped in a parti-coloured mantle, and with veiled head, used to walk from his home in Megara to Athens, to visit Socrates, in order that he might at least for some part of the night share in the master's teaching and discourse. And just before dawn he went back again, a distance of somewhat over twenty miles,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

5 tectus redibat. At nunc," inquit, "videre est philosophos ultro currere, ut doceant, ad fores iuvenum divitum eosque ibi sedere atque opperiri prope ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant."

XI

Verba ex oratione Q. Metelli Numidici, quae libuit meminisse, ad officium gravitatis dignitatisque vitae ducentia.

1 Cum inquinatissimis hominibus non esse convicio decertandum neque in maledictis adversum impudentes et improbos velitandum, quia tantisper similis et compar eorum fias, dum paria et consimilia dicas atque audis,¹ non minus ex oratione Q. Metelli Numidici, sapientis viri, cognosci potest quam ex
2 libris et disciplinis philosophorum. Verba haec sunt Metelli *Adversus C. Manlium, tribunum plebis*, a quo apud populum in contione laccessitus iactatusque
3 fuerat dictis petulantibus: "Nunc quod ad illum attinet, Quirites, quoniam se ampliorem putat esse, si se mihi inimicum dictitarit, quem ego mihi neque amicum recipio neque inimicum respicio, in eum ego non sum plura dicturus. Nam cum indignissimum arbitror cui a viris bonis benedicatur, tum ne idoneum quidem cui a probis maledicatur. Nam si in eo tempore huiusmodi homunculum nomines, in quo punire non possis, maiore honore quam contumelia adicias."

¹ audis, *Hosius* (cf. v. 11. 1, vi. 15. 2, etc.); audias, *ω*.

¹ *O.R.F.* p. 274, Meyer².

disguised in that same garb. But nowadays," said Taurus, "we may see the philosophers themselves running to the doors of rich young men, to give them instruction, and there they sit and wait until nearly noonday, for their pupils to sleep off all last night's wine."

XI

A passage from a speech of Quintus Metellus Numidicus, which it was my pleasure to recall, since it draws attention to the obligation of self-respect and dignity in the conduct of life.

ONE should not vie in abusive language with the basest of men or wrangle with foul words with the shameless and wicked, since you become like them and their exact mate so long as you say things which match and are exactly like what you hear. This truth may be learned no less from an address of Quintus Metellus Numidicus, a man of wisdom, than from the books and the teachings of the philosophers. These are the words of Metellus from his speech *Against Gaius Manlius, Tribune of the Commons*,¹ by whom he had been assailed and taunted in spiteful terms in a speech delivered before the people: "Now, fellow citizens, so far as Manlius is concerned, since he thinks that he will appear a greater man, if he keeps calling me his enemy, who neither count him as my friend nor take account of him as an enemy, I do not propose to say another word. For I consider him not only wholly unworthy to be well spoken of by good men, but unfit even to be reproached by the upright. For if you name an insignificant fellow of his kind at a time when you cannot punish him, you confer honour upon him rather than ignominy."

XII

Quod neque "testamentum," sicuti Servius Sulpicius existimavit, neque "sacellum," sicuti C. Trebatius, duplicia verba sunt sed a "testatione" productum alterum,¹ alterum a "sacro" imminutum.

- 1 SERVIUS SULPICIUS iureconsultus, vir aetatis suae doctissimus, in libro *De Sacris Detestandis* secundo, qua ratione adductus "testamentum" verbum esse
 2 duplex scripserit, non reperio; nam compositum
 3 esse dixit a "mentis contestatione." Quid igitur "calciamentum," quid "paludamentum," quid "pavimentum," quid "vestimentum," quid alia mille per huiusmodi formam producta, etiamne ista omnia
 4 composita dicemus? Obrepsisse autem videtur Servio, vel si quis est qui id prior dixit, falsa quidem, sed non abhorrens neque inconcinna quasi mentis quaedam in hoc vocabulo significatio, sicut hercle C.
 5 quoque Trebatio eadem concinnitas obrepsit. Nam in libro *De Religionibus* secundo: "'Sacellum' est," inquit, "locus parvus deo sacratus cum ara." Deinde addit verba haec: "'Sacellum' ex duobus verbis arbitror compositum 'sacri' et 'cellae,' quasi 'sacra
 6 cella.'" Hoc quidem scripsit Trebatius; set quis ignorat, "sacellum" et simplex verbum esse et non ex "sacro" et "cella" copulatum, sed ex "sacro" deminutum?

¹ alterum added by Hertz.

¹ Fr. 3, Huschke; i, p. 225, Bremer.

XII

That neither *testamentum*, as Servius Sulpicius thought, nor *sacellum*, as Gaius Trebatus believed, is a compound, but the former is an extended form of *testatio*, the latter a diminutive of *sacrum*.

I do not understand what reason led Servius Sulpicius the jurist, the most learned man of his time, to write in the second book of his work *On the Annulling of Sacred Rites*¹ that *testamentum* is a compound word; for he declared that it was made up of *mentis contestatio*, or "an attesting of the mind." What then are we to say about *calciamentum* (shoe), *paludamentum* (cloak), *pavimentum* (pavement), *vestimentum* (clothing), and thousands of other words that have been extended by a suffix of that kind? Are we to call all these also compounds? As a matter of fact, Servius, or whoever it was who first made the statement, was evidently misled by a notion of the presence of *mens* in *testamentum*, an idea that is to be sure false, but neither inappropriate nor unattractive, just as indeed Gaius Trebatus too was misled into a similar attractive combination. For he says in the second book of his work *On Religions*:² "A *sacellum*, or 'shrine,' is a small place consecrated to a god and containing an altar." Then he adds these words: "*Sacellum*, I think, is made up of the two words *sacer* and *cella*, as if it were *sacra cella*, or 'a sacred chamber.'" This indeed is what Trebatus wrote, but who does not know both that *sacellum* is not a compound, and that it is not made up of *sacer* and *cella*, but is the diminutive of *sacrum*?

¹ Fr. 4, Huschke; 5, Bremer (i, p. 405).

XIII

De quaestiunculis apud Taurum philosophum in convivio
agitationis, quae "symptoticae" vocantur.

- 1 **FACTITATUM** observatumque hoc Athenis est ab
2 his qui erant philosopho Tauro iunctiores; cum
domum suam nos vocaret, ne omnino, ut dicitur,
immunes et asymboli veniremus, coniectabamus¹ ad
cenulam non cuppedias ciborum, sed argutias quae-
3 stionum. Unusquisque igitur nostrum commentus
paratusque ibat quod quaereret, eratque initium
4 loquendi edundi finis. Quaerebantur autem non
gravia nec reverenda, sed *ἐνθυμημάτια* quaedam lepida
et minuta et florentem vino animum lacescentia,
quale hoc ferme est subtilitatis ludicrae, quod dicam.
5 Quaesitum est quando moriens moreretur? cum
iam in morte esset, an cum etiamtum in vita foret;
et quando surgens surgeret? cum iam staret, an cum
etiamtum sederet; et qui artem disceret, quando
artifex fieret? cum iam esset, an cum etiamtum non
6 esset. Utrum enim horum dices, absurde atque ridi-
cule dixeris, multoque absurdus videbitur, si aut
utrumque esse dicas aut neutrum.
7 Sed ea omnia cum captiones esse quidam futtiles
atque inanes dicerent, "Nolite," inquit Taurus,
"haec quasi nugarum aliquem ludum aspernari.

¹ convectabamus, *Petschenig*.

¹ Really, talk "over the wine," or after-dinner talk.

XIII

On the brief topics discussed at the table of the philosopher Taurus and called *Sympoticae*, or *Table Talk*.¹

THIS custom was practised and observed at Athens by those who were on intimate terms with the philosopher Taurus; when he invited us to his home, in order that we might not come wholly tax-free,² as the saying is, and without a contribution, we brought to the simple meal, not dainty foods, but ingenious topics for discussion. Accordingly, each one of us came with a question which he had thought up and prepared, and when the eating ended, conversation began. The questions, however, were neither weighty nor serious, but certain neat but trifling *ἐνθυμηματία*, or problems, which would pique a mind enlivened with wine; for instance, the examples of playful subtlety which I shall quote.

The question was asked, when a dying man died—when he was already in the grasp of death, or while he still lived? And when did a rising man rise—when he was already standing, or while he was still seated? And when did one who was learning an art become an artist—when he already was one, or when he was still learning? For whichever answer you make, your statement will be absurd and laughable, and it will seem much more absurd, if you say that it is in either case, or in neither.

But when some declared that all these questions were pointless and idle sophisms, Taurus said: "Do not despise such problems, as if they were mere trifling

¹ The reference is to a dinner to which each guest brought his contribution (*symbolon*); cf. Hor. *odes*, iv. 12. 14 f., non ego te meis *immunem* meditor tinguere poculis; Catull. xiii.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 8 Gravissimi philosophorum super hac re serio quaesiverunt; et alii moriendi verbum atque momentum manente adhuc vita dici atque fieri putaverunt, alii nihil in eo tempore vitae reliquerunt totumque illud,
9 quod mori dicitur, morti vindicaverunt; item de ceteris similibus in diversa tempora et in contrarias
10 sententias discesserunt. Sed Plato," inquit, "noster neque vitae id tempus neque morti dedit, idemque in
11 omni consimilium rerum disceptatione fecit. Vidit quippe utrumque esse pugnans neque posse ex duobus contrariis, altero manente, alterum constitui quaestionemque fieri per diversorum inter se finium mortis et vitae cohaerentiam, et idcirco peperit ipse expressitque aliud quoddam novum in confinio tempus, quod verbis propriis atque integris τὴν ἐξαίφνης φύσιν appellavit idque ipsum ita, uti dico," inquit, "in libro, cui *Parmenides* titulus est, scriptum ab eo reperietis."
- 12 Tales aput Taurum symbolae taliaque erant mensurarum secundarum, ut ipse dicere solitus erat, τραγημάτια.

XIV

Poeniendis peccatis tres esse rationes a philosophis attributas; et quamobrem Plato duarum ex his meminert, non trium.

- 1 POENIENDIS peccatis tres esse debere causas existi-
2 matum est. Una est causa, quae Graece vel κόλασις

¹ See Pease, "Things without Honor," *Class. Phil.* xxi. (1926), pp. 97 ff.

² *Parm.* 21, p. 156 D; cf. vi. 21, above. ³ See note 2, p. 125.

amusements. The most earnest of the philosophers have seriously debated this question.¹ Some have thought that the term 'die' was properly used, and that the moment of death came, while life still remained; others have left no life in that moment, but have claimed for death all that period which is termed 'dying.' Also in regard to other similar problems they have argued for different times and maintained opposite opinions. But our master Plato,² said he, "assigned that time neither to life nor to death, and took the same position in every discussion of similar questions. For he saw that the alternatives were mutually contrary, that one of the two opposites could not be maintained while the other existed, and that the question arose from the juxtaposition of two opposing extremes, namely life and death. Therefore he himself devised, and gave a name to, a new period of time, lying on the boundary between the two, which he called in appropriate and exact language ἡ ἐξαίφνης φύσις, or 'the moment of sudden separation.' And this very term, as I have given it," said he, "you will find used by him in the dialogue entitled *Parmenides*."

Of such a kind were our "contributions"³ at Taurus' house, and such were, as he himself used to put it, the τραγημάτια or "sweetmeats" of our desserts.

XIV

The three reasons given by the philosophers for punishing crimes; and why Plato mentions only two of these, and not three.

It has been thought that there should be three reasons for punishing crimes. One of these, which

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

vel *νοῦθεσία* dicitur, cum poena adhibetur castigandi atque emendandi gratia, ut is qui fortuito
3 delinquit attentior fiat correctiorque. Altera est, quam hi qui vocabula ista curiosius diviserunt *τιμωρίαν* appellant. Ea causa animadvertendi est, cum dignitas auctoritasque eius in quem est peccatum tuenda est, ne praetermissa animadversio contemptum eius pariat et honorem levet; idcircoque id ei voca-
4 bulum a conservatione honoris factum putant. Tertia ratio vindicandi est quae *παράδειγμα* a Graecis nominatur cum poenitio propter exemplum necessaria est, ut ceteri a similibus peccatis, quae prohiberi publicitus interest, metu cognitae poenae deterreantur. Idcirco veteres quoque nostri "exempla" pro maximis gravissimisque poenis dicebant. Quando igitur aut spes magna est ut is qui peccavit citra poenam ipse sese ultro corrigat, aut spes contra nulla est emendari eum posse et corrigi, aut iacturam dignitatis, in quem peccatum est, metui non necessum est, aut non id peccatum est cuius exemplum necessario metu sancendum sit: tum, quicquid ita delictum est non sane dignum esse imponendi poenae studium visum est.

5 Has tris ulciscendi rationes et philosophi alii plurifariam et noster Taurus in primo *Commen-*

the Greeks call either *κόλασις* or *νουθεσία*, is the infliction of punishment for the purpose of correction and reformation, in order that one who has done wrong thoughtlessly may become more careful and scrupulous. The second is called *τιμωρία* by those who have made a more exact differentiation between terms of this kind. That reason for punishment exists when the dignity and the prestige of the one who is sinned against must be maintained, lest the omission of punishment bring him into contempt and diminish the esteem in which he is held; and therefore they think that it was given a name derived from the preservation of honour (*τιμῆ*). A third reason for punishment is that which is called by the Greeks *παράδειγμα*, when punishment is necessary for the sake of example, in order that others through fear of a recognized penalty may be kept from similar sins, which it is to the common interest to prevent. Therefore our forefathers also used the word *exempla*, or "examples," for the severest and heaviest penalties. Accordingly, when there is either strong hope that the culprit will voluntarily correct himself without punishment, or on the other hand when there is no hope that he can be reformed and corrected; or when there is no need to fear loss of prestige in the one who has been sinned against; or if the sin is not of such a sort that punishment must be inflicted in order that it may inspire a necessary feeling of fear—then in the case of all such sins the desire to inflict punishment does not seem to be at all fitting.

Other philosophers have discussed these three reasons for punishment in various places, and so too had our countryman Taurus in the first book of the

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

tariorum, quos in *Gorgian Platonis* composuit, scriptas
 6 reliquit. Plato autem ipse verbis apertis duas solas
 esse poeniendi causas dicit: unam, quam primo in
 loco propter corrigendum, alteram, quam in tertio
 7 propter exempli metum posuimus. Verba haec
 sunt Platonis in *Gorgia*: Προσῆκει δὲ παντὶ τῷ
 ἐν τιμωρίᾳ ὄντι ὑπ' ἄλλου ὀρθῶς τιμωρουμένῳ ἢ βελτίονι
 γίνεσθαι καὶ ὀνίνασθαι, ἢ παραδείγματι ἄλλοις¹ γίνεσ-
 θαι, ἵνα ἄλλοι οἱ² ὀρῶντες πάσχοντα φοβούμενοι βελτίους
 8 γίνωνται. In hisce verbis facile intellegas *τιμωρίαν*
 Platonem dixisse, non ut supra scripsi quosdam
 dicere, sed ita ut promisce dici solet pro omni
 9 punitione. Anne autem quasi omnino parvam et
 contemptu dignam praeterierit poenae sumendae
 causam propter tuendam laesi hominis auctoritatem,
 an magis quasi ei quam dicebat rei non necessariam
 praetermiserit, cum de poenis, non in vita neque
 inter homines, sed post vitae tempus capiendis
 scriberet, ego in medium relinquo.

XV

De verbo "quiesco," an *e* littera corripitur an produci debeat.

1 AMICUS noster, homo multi studii atque in bo-
 narum disciplinarum opere frequens, verbum "quie-
 2 scit" usitate *e* littera correpta dixit. Alter item
 amicus, homo in doctrinis, quasi in praestigiis,

¹ τοῖς ἄλλοις, *Plato*.

² *oi omitted in MSS. of Plato.*

¹ 81, p. 525 A.

Commentaries which he wrote *On the Gorgias of Plato*. But Plato himself says in plain terms that there are only two reasons for punishment: one being that which I put first—for the sake of correction; the second, that which I gave in the third place—as an example to inspire fear. These are Plato's own words in the *Gorgias*:¹ “It is fitting that everyone who suffers punishment, when justly punished by another, either be made better and profit thereby, or serve as an example to others, in order that they, seeing his punishment, may be reformed through fear.” In these words you may readily understand that Plato used *τιμωρία*, not in the sense that I said above is given it by some, but with the general meaning of any punishment. But whether he omitted the maintenance of the prestige of an injured person as a reason for inflicting punishment, on the ground that it was altogether insignificant and worthy of contempt, or rather passed over it as something not germane to his subject, since he was writing about punishments to be inflicted after this life and not during life and among men, this question I leave undecided.

XV

On the verb *quiesco*, whether it should be pronounced with a long or a short *e*.

A FRIEND of mine, a man of much learning and devoted to the liberal arts, pronounced the verb *quiescit* (“be quiet”) in the usual manner, with a short *e*. Another man, also a friend of mine, marvellous in the use of grammatical rules as jugglers' tricks, so to say, and excessively fastidious

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

mirificus communiumque vocum respuens nimis et fastidians, barbare eum dixisse opinatus est, quoniam
3 producere debuisset, non corripere. Nam "quiescit"
ita oportere dici praedicavit, ut "calescit, nitescit,
4 stupescit" et alia huiuscemodi multa. Id etiam
addebat, quod "quies" e producto, non brevi dice-
5 retur. Noster autem, qua est rerum omnium vere-
cunda mediocritate, ne si Aelii quidem, Cincii et
Santrae dicendum ita censuissent, obsecurum se
fuisse ait contra perpetuam Latinae linguae consue-
tudinem, neque se tam insignite locuturum, ut
6 absona inauditaque diceret; litteras tamen super hac
re fecit inter exercitia quaedam ludicra et "quiesco"
non esse his simile quae supra posui, nec a "quiete"
dictum, sed ab eo "quietem," Graecaeque vocis et
modum et originem verbum istud habere demon-
stravit, rationibusque haut sane frigidis docuit
"quiesco" e littera longa dici non convenire.

XVI

Verbum "deprecor" a poeta Catullo inusitate quidem, sed apte positum et proprie; deque ratione eius verbi exemplisque veterum scriptorum.

1 EIVSMODI quispiam qui tumultuariis et inconditis

¹ Mentioned as typical grammarians. The *gens Aelia* included several famous jurists and men of letters; the reference here is to Lucius Aelius Stilo, the teacher of Varro

in rejecting common words, thought that the first man had been guilty of a barbarism, maintaining that he ought to have lengthened the *e*, rather than shortened it. For he asserted that *quiescit* ought to be pronounced like *calescit*, *nitescit*, *stupescit* and many other words of that kind. He also added the statement that *quies* (quiet) is pronounced with the *e* long, not short. But my first-named friend, with the unassuming modesty which was characteristic of him in all matters, said that not even if the Aelii, the Cincii and the Santrae¹ had decided that the word ought to be so pronounced, would he follow their ruling against the universal usage of the Latin language, nor would he speak in such an eccentric fashion as to be discordant and strange in his diction. Nevertheless he wrote a letter on the subject, among some exercises for his own amusement, in which he tried to prove that *quiesco* is not like those words which I have quoted above; that it is not derived from *quies* but rather *quies* from *quiesco*. He also maintained that *quiesco* has the form and derivation of a Greek word,² and he tried to show, by reasons that were by no means without force, that the word should not be pronounced with a long *e*,³

XVI

On a use by the poet Catullus of the word *deprecor*, which is unusual, it is true, but appropriate and correct; and on the origin of that word, with examples from early writers.

As we chanced to be strolling one evening in the and Cicero. Santra was a grammarian of the first century B.C.; the Cincii were less well known.

¹ A fanciful derivation from Ionic ἔχω, ἔσχω.

² The *e* is however long; *quiesco* occurs in *C.I.L.* vi, 6250 and 25521.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

linguae exercitationibus ad famam sese facundiae promiserat¹ neque orationis Latinae usurpationes rationesve² ullas didicerat, cum in Lycio forte
 2 vespera ambularem, ludo ibi et voluptati fuit. Nam cum esset verbum "deprecor" doctiuscule positum in Catulli carmine, quia id ignorabat, frigidissimos versus esse dicebat omnium quidem iudicio venustissimos, quos subscripsi :

Lesbia mi dicit semper male nec tacet umquam
 De me ; Lesbia me dispeream nisi amat.
 Quo signo? quia sunt totidem mea ; deprecor
 illam
 Assidue, verum dispeream nisi amo.

3 "Deprecor" hoc in loco vir bonus ita esse dictum putabat, ut plerumque a vulgo dicitur, quod significat "valde precor" et "oro" et "supplico," in quo "de" praepositio ad augendum et cumulandum
 4 valet. Quod si ita esset, frigidi sane versus forent.
 5 Nunc enim contra omnino est ; nam "de" praepositio, quoniam est anceps, in uno eodemque verbo duplicem vim³ capit. Sic enim "deprecor" a Catullo dictum est, quasi "detestor" vel "exsecror"
 6 vel "depello" vel "abominor" ; contra autem valet, cum Cicero *Pro P. Sulla* ita dicit : "Quam⁴
 7 multorum hic vitamst⁵ a Sulla deprecatus." Item in dissuasionem legis agrariae : "Si quid deliquero,

¹ promovet, suggested by Hosius ; promiserat, ω.

² rationes added by Hertz ; u. veras, Carrio ; u. venustas, Petschenig.

³ duplicem (or duum) vim, Hosius ; dum, V ; diversum, Dziatzko.

⁴ quam, omitted by Cic.

⁵ est, Cic. ; sit, V.

Lyceum,¹ we were furnished with sport and amusement by a certain man, of the kind that lays claim to a reputation for eloquence by a superficial and ill-regulated use of language, without having learned any of the usages and principles of the Latin tongue. For while Catullus in one of his poems had used the word *deprecor* rather cleverly, that fellow, unable to appreciate this, declared that the following verses which I have quoted were very flat, although in the judgment of all men they are most charming:²

My Lesbia constantly speaks ill of me
 And ceases not. By Jove! she cares for me!
 How do I know? 'Tis just the same with me;
 I rail at, but by Jove! I worship, her.

Our good man thought that *deprecor* in this passage was used in the sense that is commonly given the word by the vulgar; that is, "I pray earnestly," "I beseech," "I entreat," where the preposition *de* is used intensively and emphatically. And if that were so, the verses would indeed be flat. But as a matter of fact the sense is exactly the opposite; for the preposition *de*, since it has a double force, contains two meanings in one and the same word. For *deprecor* is used by Catullus in the sense of "denounce, execrate, drive away," or "avert by prayers"; but it also has the opposite meaning, when Cicero *In Defence of Publius Sulla* speaks as follows:³ "How many men's lives did he beg off (*est deprecatus*) from Sulla." Similarly in his speech *Against the Agrarian Law* Cicero says:⁴ "If I do any

¹ A gymnasium at Athens, the favourite resort of Aristotle and his pupils.

² xcii.

³ § 72.

⁴ ii. 100.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

nullae sunt imagines, quae me a vobis deprecantur."

- 8 Sed neque solus Catullus ita isto verbo usus est. Pleni sunt adeo libri similis in hoc verbo significationis, ex quibus unum et alterum, quae subpetierant, apposui. Q. Ennius in *Erectheo* non longe secus dixit quam Cattullus :

Qui nunc (inquit) aerumna meá libertatém paro,
Quibus sérvitutem meá miseria déprecor ;

- signat¹ "abigo" et "amolior," vel prece adhibita vel quo alio modo. Item Ennius in *Cresphonte* :

Ego cum meae vitæ parcam, létum inimico
déprecer.

- 11 Cicero in libro sexto *De Republica* ita scripsit : " Quod quidem eo fuit maius, quia, cum causa pari collegae essent, non modo invidia pari non erant, sed etiam Claudi invidiam Gracchi caritas deprecabatur " ; hic quoque item non est "valde precabatur," sed quasi propulsabat invidiam² et defensabat invidiam, quod Graeci propinqua significatione *παραιτίσθαι* dicunt.
- 12 Item *Pro Aulo Caecina* consimiliter Cicero verbo isto utitur. "Quid," inquit, "huic³ homini facias? Nonne concedas interdum ut excusatione summae stultitiae summae improbitatis odium deprecetur?"

¹ <in hoc versu "deprecor"> signat, *Skutsch*.

² invidiam *omitted by* 5.

³ huic tu, *Cic.*

¹ 128, Ribbeck².

² 2.2.

³ 121, Ribbeck².

⁴ § 30.

wrong, there are no masks of ancestors to intercede (*deprecentur*, "beg off") for me with you by their prayers."

But Catullus was not alone in using this word with that meaning. Indeed, the books are full of cases of its occurrence in the same sense, and of these I have quoted one or two which had come to mind. Quintus Ennius in the *Erectheus*, not differing greatly from Catullus, says :¹

Who now win freedom by my own distress
For those whose slavery I by woe avert (*deprecor*).

He means "I drive away" and "remove," either by resort to prayer or in some other way. Similarly in the *Chresphontes* Ennius writes :²

When I my own life spare, may I avert (*deprecer*)
Death from mine enemy.

Cicero, in the sixth book of his *Republic*, wrote :³ "Which indeed was so much the more remarkable, because, while the colleagues were in the same case, they not only did not incur the same hatred, but the affection felt for Gracchus even averted (*deprecabatur*) the unpopularity of Claudius." Here too the meaning is not "earnestly entreated," but "warded off" unpopularity, so to speak, and defended him against it, a meaning which the Greeks express by the parallel word *παραιτίσθαι*.

Cicero also uses the word in the same way in his *Defence of Aulus Caecina*, saying :⁴ "What can you do for a man like this? Can you not sometimes permit one to avert (*depreceatur*) the odium of the greatest wickedness by the excuse of the most abysmal folly?" Also in the first book of his second

- 13 Item *In Verrem* actionis secundae primo: "Nunc vero quid faciat Hortensius? Avaritiaene crimina frugalitatis laudibus deprecetur? At hominem flagitiosissimum, libidinosissimum nequissimumque defendit." Sic igitur Catullus eadem se facere dicit quae Lesbiam, quod et malediceret ei palam respueretque et recusaret detestareturque assidue et tamen eam penitus deperiret.

XVII

Quis omnium primus libros publice praebuerit legendos; quantusque numerus fuerit Athenis ante clades Persicas librorum in bibliothecis publicorum.¹

- 1 LIBROS Athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum praebendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. Deinceps studiosius accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt; sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes, Athenarum potitus, urbe ipsa praeter arcem incensa, abstulit asportavitque in
- 2 Persas. Eos porro libros unversos multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curavit.
- 3 Ingens postea numerus librorum in Aegypto ab Ptolemaeis regibus vel conquisitus vel confectus est ad milia ferme voluminum septingenta;² sed ea omnia bello priore Alexandrino, dum diripitur ea civitas, non sponte neque opera consulta, sed a militibus forte auxiliaris incensa sunt.

¹ publicorum, *MSS.*; publicis, *Hertz.*

² septuaginta, *s*, *Isid.* vi. 3. 5.

¹ ii. 2. 192.

² In 480 B.C.

³ *i.e.* copied from other manuscripts.

⁴ In 48 B.C. By no means all of the Alexandrian Library was destroyed at that time, and the losses were made good,

Arraignment of Verres :¹ “ Now what can Hortensius do? Will he try to avert (*deprecetur*) the charge of avarice by the praise of economy? But he is defending a man who is utterly disgraced and sunk in lust and crime.” So then Catullus means that he is doing the same as Lesbia, in publicly speaking ill of her, scorning and rejecting her, and constantly praying to be rid of her, and yet loving her to madness.

XVII

Who was the first of all to establish a public library; and how many books there were in the public libraries at Athens before the Persian invasions.

THE tyrant Pisistratus is said to have been the first to establish at Athens a public library of books relating to the liberal arts. Then the Athenians themselves added to this collection with considerable diligence and care; but later Xerxes, when he got possession of Athens and burned the entire city except the citadel,² removed that whole collection of books and carried them off to Persia. Finally, a long time afterwards, king Seleucus, who was surnamed Nicanor, had all those books taken back to Athens.

At a later time an enormous quantity of books, nearly seven hundred thousand volumes, was either acquired or written³ in Egypt under the kings known as Ptolemies; but these were all burned during the sack of the city in our first war with Alexandria,⁴ not intentionally or by anyone's order, but accidentally by the auxiliary soldiers.

at least in part, by Antony in 41 B.C. A part of the library was burned under Aurelian, in A.D. 272, and the destruction seems to have been completed in 391.

BOOK VIII

LIBER OCTAVUS¹

I

“**H**ESTERNA noctu” rectene an cum vitio dicatur et quaenam super istis verbis grammatica traditio sit; item quod decemviri in *XII. Tabulis* “nox” pro “noctu” dixerunt.

II

QUAE mihi decem verba ediderit Favorinus, quae usurpentur quidem a Graecis, sed sint adulterina et barbara; quae item a me totidem acceperit, quae ex medio communique usu Latine loquentium minime Latina sint neque in veterum libris reperiantur.

III

QUEM in modum et quam severe increpuerit audientibus nobis Peregrinus philosophus adolescentem Romanum ex equestri familia, stantem segnem apud se et assidue oscitantem.

Et adsiduo oscitantem vidit, atque illius quidem delicatissimas mentis et corporis halucinationes.

¹ Except for one or two brief and doubtful fragments only the chapter headings of Book VIII are preserved, and that only in the late and inferior manuscripts (5).

BOOK VIII

I

WHETHER the expression *hesterna nocte*, for "last night," is right or wrong, and what the grammarians have said about those words; also that the decemvirs in the *Twelve Tables*¹ used *nox* for *noctu*, meaning "by night."²

II

TEN words pointed out to me by Favorinus which, although in use by the Greeks, are of foreign origin and barbarous; also the same number given him by me which, though of general and common use by those who speak Latin, are by no means Latin and are not to be found in the early literature.

III

IN what terms and how severely the philosopher Peregrinus in my hearing rebuked a young Roman of equestrian rank, who stood before him inattentive and constantly yawning.

. . . and saw him continually yawning and noticed the degenerate dreaminess expressed in his attitude of mind and body.³

¹ viii. 12.

² See Macr. *Sat.* i. 4.

³ This fragment is preserved by Nonius, II, p. 121, 19, *s. v.* *halucinari*.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

IV

QUOD Herodotus, scriptor historiae memoratissimus, parum vere dixerit unam solamque pinum arborum omnium caesam numquam denuo ex isdem radicibus pullulare; et quod item de aqua pluviali et nive rem non satis exploratam pro comperta posuerit.

V

QUID illud sit, quod Vergilius "caelum stare pulvere," et quod Lucilius "pectus sentibus stare" dixit.

VI

CUM post offensiunculas in gratiam redeatur, expostulationes fieri mutuas minime utile esse, superque ea re et sermo Tauri expositus et verba ex Theophrasti libro sumpta; et quid M. quoque Cicero de amore amicitiae senserit, cum ipsius verbis additum.

VII

Ex Aristotelis libro, qui *Περὶ Μνήμης* inscriptus est, cognita acceptaque de natura memoriae et habitu; atque inibi alia quaedam de exuberantia aut interitu eius lecta auditaque.

¹ vi. 37.

² ii. 22.

³ "The sky on columns of dust upborne," *Aen.* xii. 407, where the poet is describing the effect of an advancing troop of cavalry.

⁴ "The breast with thorns is filled," Lucil. 213, Marx. According to Nonius, p. 392, 2, *stat* means "is full of."

IV

THAT Herodotus, that most famous writer of history, was wrong in saying¹ that the pine alone of all trees never puts forth new shoots from the same roots, after being cut down; and that he stated as an established fact² about rainwater and snow a thing which had not been sufficiently investigated.

V

ON the meaning of Virgil's expression *caelum stare pulvere*³ and of Lucilius' *pectus sentibus stare*.⁴

VI

THAT when a reconciliation takes place after trifling offences, mutual complaints are useless; and Taurus' discourse on that subject, with a quotation from the treatise of Theophrastus; and what Marcus Cicero also thought about the love arising from friendship, added in his own words.⁵

VII

WHAT we have learned and know of the nature and character of memory from Aristotle's work entitled *Περὶ Μνήμης* or *On Memory*; and also some other examples, of which we have heard or read, about extraordinary powers of memory or its total loss.⁶

Donatus, *ad Ter. Andr.* iv. 2 16 (69), quotes Lucilius for *stet sentibus fundus*, i.e., "the farm is full of thorns" (1301, Marx).

¹ Cf. i. 3. 10 f.

² See Nonius, *s.v. meminisse*, p. 441. 4, M.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

VIII

QUID mihi usu venerit, interpretari et quasi effingere volenti locos quosdam Platonicos Latina oratione.

IX

QUOD Theophrastus, philosophus omnis suae aetatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem facturus, deturbatus verecundia obticuerit; quodque idem hoc Demostheni apud Philippum regem verba facienti evenerit.

X

QUALIS mihi fuerit in oppido Eleusino disceptatio cum grammatico quodam praestigioso, tempora verborum et puerilia meditamenta ignorante, remotarum autem quaestionum nebulas et formidines capiendis imperitorum animis ostentante.

halophantam mendacem velit.

XI

QUAM festive responderit Xanthippae uxori Socrates, petenti ut per Dionysia largiore sumptu cenitarent.

XII

QUID significet in veterum libris scriptum "plerique omnes"; et quod ea verba accepta a Graecis videntur.

VIII

My experience in trying to interpret and, as it were, to reproduce in Latin certain passages of Plato.

IX

How Theophrastus, the most eloquent philosopher of his entire generation, when on the point of making a brief speech to the people of Athens, was overcome by bashfulness and kept silence; and how Demosthenes had a similar experience when speaking before king Philip.

X

A DISCUSSION that I had in the town of Eleusis with a conceited grammarian who, although ignorant of the tenses of verbs and the exercises of school-boys, ostentatiously proposed abstruse questions of a hazy and formidable character, to impress the minds of the unlearned.

Would wish a lying scoundrel.¹

XI

THE witty reply of Socrates to his wife Xanthippe, when she asked that they might spend more money for their dinners during the Dionysiac festival.

XII

ON the meaning of *plerique omnes*, or "almost all," in the early literature; and on the probable Greek origin of that expression.

¹ Whether these words, from Nonius, II., p. 120, 12, M. belong here is uncertain.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

XIII

“EUPSONES,” quod homines Afri dicunt, non esse verbum Poenicum, sed Graecum.

XIV

LEPIDISSIMA altercatio Favorini philosophi adversus quendam intempestivum de ambiguitate verborum disserentem; atque inibi verba quaedam ex Naevio poeta et Cn. Gellio non usitate collocata; atque ibidem a P. Nigidio origines vocabulorum exploratae.

XV

QUIBUS modis ignominiatus tractatusque sit a C. Caesare Laberius poeta; atque inibi appositi versus super eadem re eiusdem Laberii.

Historia ex libris Heraclidae Pontici iucunda memoratu et miranda.

¹ See Macr. *Sat.* ii. 7.

² This heading, of uncertain number, is quoted in *Gramma-*

XIII

THAT *eupsones*, a word used by the people of Africa, is not Phoenician, but Greek.

XIV

A HIGHLY entertaining discussion of the philosopher Favorinus with a tiresome person who held forth on the double meaning of certain words; also some unusual expressions from the poet Naevius and from Gnaeus Gellius; and further, some investigations of the derivation of words by Publius Nigidius.

XV

How the poet Laberius was ignominiously treated by Gaius Caesar, with a quotation of Laberius' own words on that subject.¹

A pleasant and remarkable story from the books of Heracleides of Pontus.²

tici Latini ii. 246, 6, K., and attributed to Agellius, *Noctium Atticarum* viii., or according to the greater number of M.S., viiii.



BOOK IX

LIBER NONUS

I

Quamobrem Quintus Claudius Quadrigarius, in undevicesimo¹ *Annali*, scripserit rectiores certioresque ictus fieri, si sursum quid mittas quam si deorsum.

- 1 QUINTUS CLAUDIUS in undevicesimo *Annali*, cum oppidum a Metello proconsule oppugnari, contra ab oppidanis desuper e muris propugnari describeret, ita scripsit: "Sagittarius cum funditore utrimque summo studio spargunt fortissime. Sed sagittam atque lapidem deorsum an sursum mittas, hoc interest; nam neutrum potest deorsum versum recte mitti, sed sursum utrumque optime. Quare milites Metelli sauciabantur multo minus et, quod maxime opus erat, a pinnis hostis defendebant facillime funditore."
- 2 Percontabar ego Antonium Iulianum rhetorem, cur hoc ita usu veniret quod Quadrigarius dixisset, ut contigui magis directioresque ictus fiant, si vel lapidem vel sagittam sursum versus iacias quam deorsum, cum proclivior faciliorque iactus sit ex supernis in infima quam ex infimis in superna.

¹ undevicesimo. Q; duodevicesimo, ω.

¹ Fr. 85, Peter³.

BOOK IX

I

Why Quintus Claudius Quadrigarius, in the nineteenth book of his *Annals*, wrote that missiles hit their mark more accurately and surely if they are hurled from below, than if they are hurled from above.

WHEN Quintus Claudius, in the nineteenth book of his *Annals*, was describing an attack upon a town by the proconsul Metellus, and its defence against him by the townspeople from the top of the walls, he wrote these words:¹ "The archers and slingers on both sides showered their weapons with the utmost vigour and courage. But there is this difference between shooting an arrow or a stone downward or upward; for neither missile can be discharged accurately downward, but both upwards with excellent effect. Therefore the soldiers of Metellus suffered far fewer wounds, and, what was of the greatest importance, they very easily drove the enemy back from the battlements by means of their slingers."

I asked Antonius Julianus, the rhetorician, why what Quadrigarius had said was so; namely, that the shots of missiles are closer and more accurate if you discharge a stone or an arrow upwards rather than downwards, in spite of the fact that a throw from above downward is swifter and easier than one in the opposite direction. Then

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

3 Tum Iulianus, comprobato genere quaestionis,
4 “Quod de sagitta,” inquit, “et lapide dixit, hoc
5 de omni fere missili telo dici potest. Facilior
6 autem iactus est, sicuti dixisti, si desuper iacias,
7 si quid iacere tantum velis, non ferire. Sed cum
8 modus et impetus iactus temperandus derigendus-
9 que est, tum, si in prona iacias, moderatio atque
10 ratio mittentisque praecipitantia qualicumque ipsa
11 et pondere cadentis teli corrumpitur. At si in
12 editiora mittas et ad percutiendum superne aliquid
13 manum et oculos conlines, quo motus a te datus
14 tulerit, eo telum ibit quod ieceris.” Ad hanc ferme
15 sententiam Iulianus super istis Q. Claudii verbis
16 nobiscum sermocinatus est.

17 Quod ait idem Q. Claudius: “a pinnis hostis
18 defendebant facillime,” animadvertendum est usum
19 esse eum verbo “defendebant,” non ex vulgari
20 consuetudine, sed admodum proprie et Latine.
21 Nam “defendere” et “offendere” inter sese ad-
22 versa sunt, quorum alterum significat ἐμποδὼν ἔχειν,
23 id est incurrere in aliquid et incidere, alterum
24 ἐκποδὼν ποιεῖν, id est avertere atque depellere, quod
25 hoc in loco Claudio dicitur.

II

Qualibus verbis notarit Herodes Atticus falso quempiam cultu
amictuque nomen habitumque philosophi eumentem.

1 Ad Herodem Atticum, consularem virum in-
2 genioque amoeno et Graeca facundia celebrem,

Julianus, after commending the character of the question, said: "His statement about an arrow and a stone may be made about almost any missile weapon. But, as you have said, throwing is easier if you throw downwards, provided you wish only to throw, and not to hit a mark. But when the direction and force of the throw must be regulated and guided, then, if you are throwing downwards, the control and command of the marksman are impaired by the downward impulse itself, such as it is, and by the weight of the falling missile. But if you throw your weapon upwards, and direct hand and eye to hitting something above you, the missile which you have hurled will go to the spot to which the impulse which you have given bears it." It was to this general effect that Julianus chatted with us about those words of Quintus Claudius.

With regard to the remark of the same Claudius, "they very easily drove the enemy from the battlements," it must be observed that he used the word *defendebant*, not in the sense which it commonly has, but yet quite properly and in accordance with good Latin usage. For *defendere* and *offendere* are opposed to each other, the latter meaning *ἐμποδὼν ἔχειν*, that is, "to run against something and fall upon it," the former, *ἐκποδὼν ποιεῖν*, that is, "to avert and drive away"; and the latter is Claudius' meaning in this passage.

II

In what terms Herodes Atticus reproved a man who in appearance and dress falsely laid claim to the title and character of philosopher.

To Herodes Atticus, the ex-consul, renowned for his personal charm and his Grecian eloquence, there

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

adiit nobis praesentibus palliatus quispiam et crinitus barbaque prope ad pubem usque porrecta ac
 2 petit aes sibi dari *εις ἀπρους*. Tum Herodes inter-
 3 rogat quisnam esset. Atque ille, vultu sonituque
 vocis obiurgatorio, philosophum sese esse dicit et
 mirari quoque addit cur quaerendum putasset quod
 4 videret. "Video," inquit Herodes, "barbam et
 5 pallium, philosophum nondum video. Quaeso autem
 te, cum bona venia dicas mihi quibus nos uti posse
 argumentis existimas, ut esse te philosophum nosci-
 6 temus?" Interim aliquot ex his qui cum Herode
 erant erraticum esse hominem dicere et nulli¹ rei
 incolamque esse sordentium ganearum, nisi accipiat
 quod petat² convicio turpi solitum incessere; atque
 ibi Herodes "Demus," inquit, "huic aliquid aeris,
 7 cuicumodi est, tamquam homines, non tamquam
 homini," et iussit dari pretium panis triginta
 dierum.
 8 Tum nos aspiciens qui eum sectabamur, "Musonius," inquit, "aeruscanti cuiquam id genus et
 philosophum sese ostentanti dari iussit mille num-
 mum, et cum plerique dicerent nebulonem esse
 hominem malum et malitiosum et nulla re bona
 dignum, tum Musonium subridentem dixisse aiunt:
 9 *ἀξιος οὖν ἐστὶν ἀργυρίου*. Sed hoc potius," inquit,
 "dolori mihi et aegritudini est, quod istiusmodi
 animalia spurca atque probra nomen usurpant
 10 sanctissimum et philosophi appellantur. Maiores
 autem mei Athenienses nomina iuvenum fortissi-

¹ nullius, *BQ*.

² petat or petierit, *Skutsch*; petit, *MSS*.

¹ p. 132, Hense.

once came, when I was present, a man in a cloak, with long hair and a beard that reached almost to his waist, and asked that money be given him *εἰς ἄρτους*, that is, "for bread." Then Herodes asked him who on earth he was, and the man, with anger in his voice and expression, replied that he was a philosopher, adding that he wondered why Herodes thought it necessary to ask what was obvious. "I see," said Herodes, "a beard and a cloak; the philosopher I do not yet see. Now, I pray you, be so good as to tell me by what evidence you think we may recognize you as a philosopher." Meanwhile some of Herodes' companions told him that the fellow was a vagabond of worthless character, who frequented foul dives and was in the habit of being shamefully abusive if he did not get what he demanded. Thereupon Herodes said: "Let us give him some money, whatever his character may be, not because he is a man, but because we are men," and he ordered enough money to be given him to buy bread for thirty days.

Then, turning to those of us who were with him, he said: "Musonius¹ ordered a thousand sesterces to be given to a fakir of this sort who posed as a philosopher, and when several told him that the fellow was a rascal and knave and deserving of nothing good, Musonius, they say, replied with a smile: *ἀξίως οὖν ἐστὶν ἀργυρίου*, 'then he deserves money.' But," said Herodes, "it is rather this that causes me resentment and vexation, that foul and evil beasts of this sort usurp a most sacred name and call themselves philosophers. Now, my ancestors the Athenians by public decree made it unlawful for slaves ever to be given the names of those valiant youths Harmodius

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

11 morum Harmodii et Aristogitonis, qui libertatis recuperandae gratia Hippiam tyrannum interficere adorsi erant, ne umquam servis indere liceret decreto publico sanxerunt, quoniam nefas ducerent nomina libertati patriae devota servili contagio pollui. Cur ergo nos patimur nomen philosophiae inlustrissimum in hominibus deterrimis exordescere? Simili autem," inquit, "exemplo ex contraria specie antiquos Romanorum audio praenomina patriciorum quorundam male de republica meritorum et ob eam causam capite damnatorum censuisse, ne cui eiusdem gentis patricio inderentur, ut vocabula quoque eorum defamata atque demortua cum ipsis viderentur."

III

Epistula Philippi regis ad Aristotelem philosophum super Alexandro recens nato.

1 PHILIPPUS, Amyntae filius, terrae Macedoniae rex, cuius virtute industriaque Macetae locupletissimo imperio aucti gentium nationumque multarum potiri coeperant et cuius vim atque arma toti Graeciae cavenda metuendaque inclitae illae Demosthenis
2 orationes contionesque vocificant—is Philippus, cum in omni fere tempore negotiis belli victoriisque adfectus exercitusque esset, a liberali tamen Musa et a studiis humanitatis numquam afuit, quin lepide

¹ In 514 B.C. They slew Hipparchus, brother of Hippias and son of Pisistratus. Hippias was afterwards driven from the city and the tyrannicides, who had lost their lives in their attempt, received almost divine honours.

and Aristogeiton, who to restore liberty tried to slay the tyrant Hippias;¹ for they thought it impious for the names of men who had sacrificed themselves for their country's freedom to be disgraced by contact with slavery. Why then do we allow the glorious title of philosopher to be defiled in the person of the basest of men? Moreover," said he, "I hear that the early Romans, setting a similar example in a case of the opposite nature, voted that the forenames of certain patricians who had deserved ill of their country and for that reason had been condemned to death should never be given to any patrician of the same clan, in order that their very names might seem to be dishonoured and done to death, as well as the malefactors themselves."²

III

A letter of king Philip to the philosopher Aristotle with regard to the recent birth of his son Alexander.

PHILIP, son of Amyntas, was king of the land of Macedonia. Through his valour and energy the Macedonians had greatly increased and enriched their kingdom, and had begun to extend their power over many nations and peoples, so that Demosthenes, in those famous orations and addresses,³ insists that his power and arms are to be feared and dreaded by all Greece. This Philip, although almost constantly busied and distracted by the labours and triumphs of war, yet never was a stranger to the Muse of the liberal arts and the pursuit of culture, but his

² An example, the discarding of the forename Lucius by the Claudii, is given by Suetonius, *Tib.* 1. 2.

³ The *Philippics*.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

3 comiterque pleraque et faceret et diceret. Feruntur adeo libri epistularum eius, munditiae et venustatis et prudentiae plenarum, velut sunt illae litterae quibus Aristoteli philosopho natum esse sibi Alexandrum nuntiavit.

4 Ea epistula, quoniam curae diligentiaeque in liberorum disciplinas hortamentum est, exscribenda
5 visa est ad commonendos parentum animos. Expnenda est igitur ad hanc ferme sententiam :

“ Philippus Aristoteli salutem dicit.

Filium mihi genitum scito. Quod equidem dis habeo gratiam, non proinde quia natus est, quam pro eo, quod nasci contigit temporibus vitae tuae. Spero enim fore ut eductus eruditusque a te, dignus existat et nobis et rerum nostrarum¹ susceptione.”

6 Ipsius autem Philippi verba haec sunt :

Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν.

Ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς ἔχω χάριν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι· ἐλπίζω γάρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

IV

De barbararum gentium prodigiosis miraculis; deque diris et exitiosis effascinationibus; atque inibi de feminis repente versis in mares.

1 CUM e Graecia in Italiam rediremus et Brundisium iremus egressique e navi in terram in portu illo

¹ nostrarum, *Skutsch*; istarum, *MSS.*; ipsarum, *suggested by Hosius.*

acts and words never lacked charm and refinement. In fact collections of his letters are in circulation, which abound in elegance, grace, and wisdom, as for example, the one in which he announced to the philosopher Aristotle the birth of his son Alexander.¹

Since this letter is an encouragement to care and attention in the education of children, I thought that it ought to be quoted in full, as an admonition to parents. It may be translated, then, about as follows:

“ Philip to Aristotle, Greeting.

“ Know that a son is born to me. For this indeed I thank the gods, not so much because he is born, as because it is his good fortune to be born during your lifetime. For I hope that as a result of your training and instruction he will prove worthy of us and of succeeding to our kingdom.”

But Philip's own words are these:

Φίλιππος Ἀριστοτέλει χαίρειν.

Ἴσθι μοι γεγονότα υἱόν. πολλὴν οὖν τοῖς θεοῖς ἔχω χάριν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῇ γενέσει τοῦ παιδός, ὡς ἐπὶ τῷ κατὰ τὴν σὴν ἡλικίαν αὐτὸν γεγονέναι· ἐλπίζω γάρ αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τραφέντα καὶ παιδευθέντα ἄξιον ἔσεσθαι καὶ ἡμῶν καὶ τῆς τῶν πραγμάτων διαδοχῆς.

IV

On some extraordinary marvels found among barbarian peoples; and on awful and deadly spells; and also on the sudden change of women into men.

WHEN I was returning from Greece to Italy and had come to Brundisium, after disembarking I was

¹ At Pella, in 356 B.C.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- inclito spatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paulum, sed admodum scito vocabulo "praepetem" appellavit, fasces librorum venalium expositos vidimus. Atque ego avide statim pergo ad libros.
- Erant autem isti omnes libri Graeci miraculorum fabularumque pleni, res inauditae, incredulae, scriptores veteres non parvae auctoritatis: Aristaeas Proconnesius et Isigonus Nicaeensis et Ctesias et Onesicritus et Philostephanus et Hegesias; ipsa autem volumina ex diutino situ squalebant et habitu aspectuque taetro erant. Accessi tamen percontatusque pretium sum et, adductus mira atque insperata vilitate, libros plurimos aere paucio emeo eosque omnis duabus proximis noctibus cursim transeo; atque in legendo carpsi exinde quaedam et notavi mirabilia et scriptoribus fere nostris intemptata eaque his commentariis aspersi, ut qui eos lectitarit ne rudis omnino et ἀνήκοος inter istiusmodi rerum auditiones reperiatur.
- Erant igitur in illis libris scripta huiuscemodi: Scythas illos penitissimos, qui sub ipsis septentrionibus aetatem agunt, corporibus hominum vesci eiusque victus alimento vitam ducere et ἀνθρωποφάγους nominari; item esse homines sub eadem regione caeli unum oculum in frontis medio habentes, qui appellantur Arimaspi, qua fuisse facie Cyclopas poetae ferunt; alios item esse homines

¹ *Ann.* 488, Vahlen²; cf. vii. 6. 6, where Gellius quotes the line and discusses the word.

² See the Index.

³ The Arimaspi are mentioned as good riders by Aeschylus, *Prom.* 805. Since Herodotus (iv. 27; *L.C.L.* ii, p. 227) says that in Scythian ἄριμα meant "one" and σποῦ, "eye," Strabo (i, 2, 10; *L.C.L.* vol. i, pp. 77 f.) thought that Homer might

strolling about in that famous port, which Quintus Ennius called *praepes*, or "propitious,"¹ using an epithet that is somewhat far-fetched, but altogether apt. There I saw some bundles of books exposed for sale, and I at once eagerly hurried to them. Now, all those books were in Greek, filled with marvellous tales, things unheard of, incredible; but the writers were ancient and of no mean authority: Aristeas of Proconnesus, Isigonus of Nicaea, Ctesias and Onesicritus, Philostephanus and Hegesias.² The volumes themselves, however, were filthy from long neglect, in bad condition and unsightly. Nevertheless, I drew near and asked their price; then, attracted by their extraordinary and unexpected cheapness, I bought a large number of them for a small sum, and ran through all of them hastily in the course of the next two nights. As I read, I culled from them, and noted down, some things that were remarkable and for the most part unmentioned by our native writers; these I have inserted here and there in these notes, so that whoever shall read them may not be found to be wholly ignorant and ἀνήκοος, or "uninstructed," when hearing tales of that kind.

Those books, then, contained matter of the following sort: that the most remote of the Scythians, who pass their life in the far north, eat human flesh and subsist on the nourishment of that food, and are called ἀνθρωποφάγοι, or "cannibals." Also that there are men in the same latitude having one eye in the middle of the forehead and called Arimaspi, who are of the appearance that the poets give the Cyclopes.³ That there are also in the same region

have derived his Cyclopes from the Scythian Arimaspi. See Milton, *P. L.* 2, 945.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

apud eandem caeli plagam singulariae velocitatis, vestigia pedum habentes retro porrecta, non, ut ceterorum hominum, prosum spectantia;¹ praeterea traditum esse memoratumque in ultima quadam terra, quae "Albania" dicitur, gigni homines, qui in pueritia canescant et plus cernant oculis per noctem quam interdiu; item esse compertum et creditum, Sauromatas, qui ultra Borysthenen fluvium longe colunt, cibum capere semper diebus tertiis, medio abstinere.

- 7 Id etiam in isdem libris scriptum offendimus, quod postea in libro quoque Plinii Secundi *Naturalis Historiae* septimo legi, esse quasdam in terra Africa hominum familias voce atque lingua effascinantium,
8 qui si impensius forte laudaverint pulchras arbores, segetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emoriantur repente haec omnia, nulli aliae causae obnoxia. Oculis quoque exitialem fascinationem fieri in isdem libris scriptum est traditurque esse homines in Illyriis qui interimant videndo quos diutius irati viderint, eosque ipsos mares feminasque, qui visu ita² nocenti sunt, pupillas in singulis oculis binas
9 habere. Item esse in montibus terrae Indiae homines caninis capitibus et latrantibus eosque vesci avium et ferarum venatibus; atque esse item alia aput ultimas orientis terras miracula homines,

¹ prosum spectantia, *Hagen*; prospofium petet anti-spectancia, δ ; prospectantia, γ .

² ita, *Q*; tam, ω .

¹ Cf. Pliny, *N.H.* vii. 11; Augustine, *Civ. Dei*, xvi. 8.

² That is, every *third* day, according to the Roman method

other men, of marvellous swiftness, whose feet are turned backwards and do not point forward, as in the rest of mankind.¹ Further, that it was handed down by tradition that in a distant land called *Albania* men are born whose hair turns white in childhood and who see better by night than in the daytime. That it was also a matter of assured belief that the Sauromatae, who dwell far away beyond the river Borysthenes, take food only every other day² and fast on the intervening day.

In those same books I ran upon this statement too, which I later read also in the seventh book of the *Natural History* of Plinius Secundus,³ that in the land of Africa there are families of persons who work spells by voice and tongue; for if they should chance to have bestowed extravagant praise upon beautiful trees, plentiful crops, charming children, fine horses, flocks that are well fed and in good condition, suddenly, for no other cause than this, all these would die. That with the eyes too a deadly spell is cast, is written in those same books, and it is said that there are persons among the Illyrians who by their gaze kill those at whom they have looked for some time in anger; and that those persons themselves, both men and women, who possess this power of harmful gaze, have two pupils in each eye. Also that in the mountains of the land of India there are men who have the heads of dogs, and bark, and that they feed upon birds and wild animals which they have taken in the chase. That in the remotest lands of the east too there are

of reckoning; cf. xvii. 12. 2, febrim *quartis* diebus recurrentem, and xvii. 12. 5, haec *biduo* medio intervallata febris, and see *Class. Phil.* viii, pp. 1 ff. ³ vii. 16.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- qui "monocoli" appellentur, singulis cruribus saltatim currentes, vivacissimae pernicitatis; quosdam etiam esse nullis cervicibus, oculos in humeris
- 10 habentes. Iam vero hoc egreditur omnem modum admirationis, quod idem illi scriptores gentem esse aiunt aput extrema Indiae, corporibus hirtis et avium ritu plumantibus, nullo cibatu vescentem, sed spiritu florum naribus hausto victitantem;
- 11 Pygmaeos quoque haut longe ab his nasci, quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo et quadrantem.
- 12 Haec atque alia istiusmodi plura legimus, sed cum ea scriberemus, tenuit nos non idoneae scripturae taedium, nihil ad ornandum iuvandumque usum vitae
- 13 pertinentis. Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, vir in temporibus aetatis suae ingenii dignitatisque gratia auctoritate magna praeditus, non audisse neque legisse, sed scire sese atque vidisse in libro *Naturalis*
- 14 *Historiae* septimo scripsit. Verba igitur haec, quae infra posui, ipsius sunt, ex eo libro sumpta, quae profecto faciunt ut neque respuenda neque ridenda sit notissima illa veterum poetarum de Caenide et
- 15 Caeneo cantilena. Ex feminis, inquit, mutari in mares, non esse fabulosum. "Invenimus in annalibus, Q. Licinio Crasso, C. Cassio Longino consulibus, Casini puerum factum ex virgine sub parentibus iussuque haruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit visum esse a se

¹ Of. Plin. *N.H.* vii. 23.

² vii. 36.

³ Caenis was a girl whom her lover Poseidon changed into a man and who was then called Caeneus; see Ovid, *Met.* xii. 171 ff.; Virg. *Aen.* vi. 448.

other marvellous men called *monocoli*, or "one-legged," who run by hopping with their single leg and are of a most lively swiftness.¹ And that there are also some others who are without necks and have eyes in their shoulders. But all bounds of wonder are passed by the statement of those same writers, that there is a tribe in farthest India with bodies that are rough and covered with feathers like birds, who eat no food but live by inhaling the perfume of flowers. And that not far from these people is the land of Pygmies, the tallest of whom are not more than two feet and a quarter in height.

These and many other stories of the kind I read; but when writing them down, I was seized with disgust for such worthless writings, which contribute nothing to the enrichment or profit of life. Nevertheless, the fancy took me to add to this collection of marvels a thing which Plinius Secundus, a man of high authority in his day and generation by reason of his talent and his position, recorded in the seventh book of his *Natural History*,² not as something that he had heard or read, but that he knew to be true and had himself seen. The words therefore which I have quoted below are his own, taken from that book, and they certainly make us hesitate to reject or ridicule that familiar yarn of the poets of old about Caenis and Caeneus.³ He says that the change of women into men is not a fiction. "We find," says he, "in the annals that in the consulship of Quintus Licinius Crassus and Gaius Cassius Longinus⁴ a girl at Casinum was changed into a boy in the house of her parents and by direction of the diviners was deported to a desert island. Licinius Mucianus has stated

⁴ 171 B.C.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Argis Arescontem, cui nomen Arescusae fuisset,¹ nupsisse etiam, mox barbam et virilitatem provenisse uxoremque duxisse; eiusdem sortis et Zmyrnae puerum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem die nuptiarum L. Cossitium civem Thysdritanum, vivebatque cum proderem haec."

16 Idem Plinius in eodem libro verba haec scripsit: "Gignuntur homines utriusque sexus, quos 'hermaphroditos' vocamus, olim 'androgynos' vocatos et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis."

V

Diversae nobilium philosophorum sententiae de genere ac natura voluptatis; verbaque Hieroclis philosophi quibus decreta Epicuri insectatus est.

1 DE voluptate veteres philosophi diversas senten-
2 tias dixerunt. Epicurus voluptatem summum bonum
esse ponit, eam tamen ita definit: *σαρκὸς εὐσταθὲς*
3 *κατάστημα*. Antisthenes Socraticus summum malum
dicit; eius namque hoc verbum est: *μανείην μᾶλλον*
4 *ἢ ἡσθείην*. Speusippus vetusque omnis Academia
voluptatem et dolorem duo mala esse dicunt opposita
inter sese, bonum tamen esse quod utriusque medium
5 foret. Zeno censuit voluptatem esse indifferens, id
est neutrum, neque bonum neque malum, quod ipse

¹ fuisse, *Plin.*

¹ vii. 34.

² Fr. 28, Usener.

that he saw at Argos one Arescontes, whose name had been Arescusa; that she had even been married, but presently grew a beard, became a man, and had taken a wife: and that at Smyrna also he had seen a boy who had experienced the same change. I myself in Africa saw Lucius Cossutius, a citizen of Thysdrus, who had been changed into a man on his wedding day and was still living when I wrote this."

Pliny also wrote this in the same book:¹ "There are persons who from birth are bisexual, whom we call 'hermaphrodites'; they were formerly termed *androgyni* and regarded as prodigies, but now are instruments of pleasure."

V

Diverse views of eminent philosophers as to the nature and character of pleasure; and the words in which the philosopher Hierocles attacked the principles of Epicurus.

As to pleasure the philosophers of old expressed varying opinions. Epicurus makes pleasure the highest good, but defines it² as *παρκὸς εὐσταθὲς κατάστημα*, or "a well-balanced condition of body." Antisthenes the Socratic calls it the greatest evil; for this is the expression he uses:³ *μανείην μᾶλλον ἢ ἡσθείην*; that is to say, "may I go mad rather than feel pleasure." Speusippus and all the old Academy declare⁴ that pleasure and pain are two evils opposed to each other, but that what lay midway between the two was the good. Zeno thought⁵ that pleasure was indifferent, that is neutral, neither good nor evil, that,

¹ *F.P.G.* ii. 286. 65.

² *F.P.G.* iii. 92. 169.

³ p. 169, Pearson; i. 195, Arn.

6 Graeco vocabulo ἀδιάφορον appellavit. Critolaus
 Peripateticus et malum esse voluptatem ait et
 multa alia mala parere ex sese, iniurias,¹ desidias,
 7 obliviones, ignavias. Plato ante hos omnis ita varie
 et multiformiter de voluptate disseruit, ut cunctae
 istae sententiae quas exposui videantur ex sermonum
 eius fontibus profluxisse; nam proinde unaquaque
 utitur, ut et ipsius voluptatis natura fert, quae est
 multiplex, et causarum quas tractat, rerumque quas
 8 efficere vult ratio desiderat. Taurus autem noster,
 quotiens facta mentio Epicuri erat, in ore atque in
 lingua habebat verba haec Hieroclis Stoici, viri
 sancti et gravis, ἡδονὴ τέλος, πόρνης δόγμα· οὐκ ἔστιν
 πρόνοια, οὐδὲ πόρνης δόγμα.

VI

Verbum quod est ab "ago" frequentativum, in syllaba prima
 quoriam sit modulo pronuntiandum.

1 Ab eo quod est "ago" et "egi," verba sunt quae
 appellant grammatici "frequentativa," "actito" et
 2 "actitavi." Haec quosdam non sane indoctos viros
 audio ita pronuntiare, ut primam in his litteram
 corripiant, rationemque dicunt, quoniam in verbo
 principali, quod est "ago," prima littera breviter
 3 pronuntiatur. Cur igitur ab eo quod est "edo" et
 "ungo," in quibus verbis prima littera breviter
 dicitur, "esito" et "unctito," quae sunt eorum fre-
 quentativa, prima littera longa promimus et contra

¹ incurias, *Kronenberg*.

namely, which he himself called by the Greek term *ἀδιάφορον*. Critolaus the Peripatetic declares that pleasure is an evil and gives birth to many other evils: injustice, sloth, forgetfulness, and cowardice. Earlier than all these, Plato discoursed in so many and varied ways about pleasure, that all those opinions which I have set forth may seem to have flowed from the founts of his discourses; for he makes use of each one of them according to the suggestion offered by the nature of pleasure itself, which is manifold, and according to the demands made by the character of the topics which he is treating and of the effect that he wishes to produce. But our countryman Taurus, whenever mention was made of Epicurus, always had on his lips and tongue these words of Hierocles the Stoic, a man of righteousness and dignity: "Pleasure an end, a harlot's creed; there is no Providence, not even a harlot's creed."

VI

With what quantity the first syllable of the frequentative verb from *ago* should be pronounced.

FROM *ago* and *egi* are derived the verbs *actito* and *actitavi*, which the grammarians call "frequentatives."¹ These verbs I have heard some men, and those not without learning, pronounce with a shortening of the first syllable, and give as their reason that the first letter of the primitive *ago* is pronounced short. Why then do we make the first vowel long in the frequentative forms *esito* and *unctito*, which are derived from *edo* and *ungo*, in which the first letter is short;

¹ Most modern grammarians prefer the more comprehensive term "intensives."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

“dictito,” ab eo verbo quod est “dico,” correpte dicimus? Num ergo potius “actito” et “actitavi” producenda sunt? quoniam frequentativa ferme omnia eodem modo in prima syllaba dicuntur, quo participia praeteriti temporis ex his verbis unde ea profecta sunt in eadem syllaba pronuntiantur, sicuti “lego lectus” facit “lectito”; “ungo unctus,” “unctito”; “scribo scriptus,” “scriptito”; “moveo motus,” “motito”; “pendeo pensus,” “pensito”; “edo esus,” “esito”; “dico” autem “dictus” “dictito” facit; “gero gestus,” “gestito”; “veho vectus,” “vectito”; “rapio raptus,” “raptito”; “capiro captus,” “captito”; “facio factus,” “factito.” Sic igitur “actito” producte in prima syllaba pronuntiandum, quoniam ex eo fit quod est “ago” et “actus.”

VII

De conversione foliorum in arbore olea brumali et solstitiali die; deque fidibus id temporis ictu alieno sonantibus.

- 1 VULGO et scriptum et creditum est, folia olearum arborum brumali et solstitiali die converti et quae pars eorum fuerit inferior atque occultior, eam supra
- 2 fieri atque exponi ad oculos et ad solem. Quod nobis quoque semel atque iterum experiri volentibus ita esse propemodum visum est.
- 3 Sed de fidibus rarius dictu et mirabilius est; quam rem et alii docti viri et Suetonius etiam Tranquillus, in libro *Ludicrae Historiae* primo, satis compertam

¹ The title as given in full by Suidas is “*On the Festivals and Games of the Romans*, two books.” See Fr. 181, Reiff.

and, on the contrary, pronounce the first vowel short in *dictito* from *dīco*? Accordingly, should not *actito* and *actitavi* rather be lengthened? For the first syllable of almost all frequentatives is pronounced in the same way as the same syllable of the past participle of the verbs from which they are formed: for example, *lego lēctus* makes *lēctito*; *ungo ūnctus*, *ūnctito*; *scribo scriptus*, *scriptito*; *moveo mōtus*, *mōtito*; *pendeo pēnsus*, *pēnsito*; *edo ēsus*, *ēsito*; but *dīco dictus* forms *dictito*; *gēro gēstus*, *gēstito*; *vēho vēctus*, *vēctito*; *rāpio rāptus*, *rāptito*; *cāpio cāptus*, *cāptito*; *fācio fāctus*, *fāctito*. So then *āctito* should be pronounced with the first syllable long, since it is from *ago* and *āctus*.

VII

That the leaves of the olive tree turn over at the summer and the winter solstice, and that the lyre at that same season produces sounds from other strings than those that are struck.

It is commonly both written and believed that at the winter and the summer solstice the leaves of olive trees turn over, and that the side which had been underneath and hidden becomes uppermost and is exposed to sight and to the sun. And I myself was led to test this statement more than once, and found it to be almost exactly true.

But about the lyre there is an assertion that is less often made and is even more remarkable. And this both other learned men and also Suetonius Tranquillus, in the first book of his *History of the Games*,¹

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

esse satisque super ea constare adfirmat: nervias in fidibus brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

VIII

Necessum esse qui multa habeat multis indigere; deque ea re Favorini philosophi cum brevitate eleganti sententia.

1 VERUM est profecto quod observato rerum usu sapientes viri dixere, multis egere qui multa habeat, magnamque indigentiam nasci non ex inopia magna, sed ex magna copia; multa enim desiderari ad
2 multa quae habeas tuenda. Quisquis igitur, multa habens, cavere atque prospicere velit ne quid egeat neve quid desit, iactura opus esse, non quaestu, et minus habendum esse, ut minus desit.

3 Hanc sententiam memini a Favorino inter ingentes omnium clamores detornatam inclusamque verbis his paucissimis: Τὸν γὰρ μυρίων καὶ πεντακισχιλίων χλαμύδων δεόμενον οὐκ ἔστι μὴ πλειόνων δεῖσθαι οἷς γὰρ ἔχω προσδεόμενος, ἀφελὼν ὧν ἔχω, ἀρκοῦμαι οἷς ἔχω.

IX

Quis modus sit vertendi verba in Graecis sententiis; deque his Homeri versibus quos Vergilius vertisse aut bene apteque aut inprospere existimatus est.

1 QUANDO ex poematis Graecis vertendae imitandaeque sunt insignes sententiae, non semper aiunt

¹ Fr. 81, Marres. We may compare Hor. *Epist.* i. 6. 40 ff.

² *ad ea quae habet tuenda*; see § 1.

declare to have been fully investigated and to be generally accepted; namely, that when some strings of the lyre are struck with the fingers at the time of the winter solstice, other strings give out sound.

VIII

That it is inevitable that one who has much should need much, with a brief and graceful aphorism of the philosopher Favorinus on that subject.

THAT is certainly true which wise men have said as the result of observation and experience, that he who has much is in need of much, and that great want arises from great abundance and not from great lack; for many things are wanted to maintain the many things that you have. Whoever then, having much, desires to provide and take precaution that nothing may fail or be lacking, needs to lose, not gain, and must have less in order to want less.

I recall that Favorinus once, amid loud and general applause, rounded off this thought, putting it into the fewest possible words:¹ "It is not possible for one who wants fifteen thousand cloaks not to want more things;² for if I want more than I possess, by taking away from what I have I shall be contented with what remains."

IX

What method should be followed in translating Greek expressions; and on those verses of Homer which Virgil is thought to have translated either well and happily or unsuccessfully.

WHENEVER striking expressions from the Greek poets are to be translated and imitated, they say that

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

enitendum ut omnia omnino verba in eum in quem
 2 dicta sunt modum vertamus. Perdunt enim gra-
 tiam pleraque, si quasi invita et recusantia violentius
 3 transferantur. Scite ergo et considerate Vergilius,
 cum aut Homeri aut Hesiodi aut Apollonii aut Par-
 thenii aut Callimachi aut Theocriti aut quorundam
 aliorum locos effingeret, partim reliquit, alia ex-
 pressit.

4 Sicuti nuperrime, aput mensam cum legerentur
 utraque simul *Bucolica* Theocriti et Vergilii, anim-
 advertimus reliquisse Vergilium quod Graecum
 quidem mire quam suave est, verti autem neque
 5 debuit neque potuit. Sed enim quod substituit pro
 eo, quod omiserat, non abest quin iucundius lepi-
 diusque sit :

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἃ Κλεαρίστα
 Τὰς αἴγας παρελᾶντα καὶ ἀδύ τι ποπυλιάζει.

6 Malo me Galatea petit, lasciva puella,
 Et fugit ad salices et se cupit ante videri.

7 Illud quoque alio in loco animadvertimus caute
 omissum, quod est in Graeco versu dulcissimum

Τίτυρ', ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλημένε, βόσκει τὰς αἴγας
 Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε, Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν
 Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσειο, μὴ τυ κορύξῃ.

¹ Cf. Hor. *Ars Poet.* 149–150.

² *Idyls* v. 88 f; the translation is that of Edmonds, *L.C.L.*

³ *Ecl.* iii. 64 ff., translation by Dryden.

⁴ *Idyls* iii. 3 ff.

we should not always strive to render every single word with exact literalness. For many things lose their charm if they are transplanted too forcibly—unwillingly, as it were, and reluctantly.¹ Virgil therefore showed skill and good judgment in omitting some things and rendering others, when he was dealing with passages of Homer or Hesiod or Apollonius or Parthenius or Callimachus or Theocritus, or some other poet.

For example, when very recently the *Bucolics* of Theocritus and Virgil were being read together at table, we perceived that Virgil had omitted something that in the Greek is, to be sure, wonderfully pleasing, but neither could nor ought to have been translated. But what he has substituted for that omission is almost more charming and graceful. Theocritus writes :²

But when her goatherd boy goes by you should see
my Cleärist
Fling apples, and her pretty lips call pouting to be
kissed.

Virgil has :³

My Phyllis me with pelted apples plies,
Then tripping to the woods the wanton hies,
And wishes to be seen before she flies.

Also in another place I notice that what was very sweet in the Greek was prudently omitted. Theocritus writes :⁴

O Tityrus, well-belovéd, feed my goats,
And lead them to the fount, good Tityrus ;
But 'ware yon buck-goat yellow, lest he butt.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

8 Quo enim pacto diceret : τὸ καλὸν πεφιλημένε, verba
hercle non translaticia, sed cuiusdam nativae dulce-
9 dinis? Hoc igitur reliquit et cetera vertit non
infestiviter, nisi quod "caprum" dixit, quem Theo-
10 critus ἐνόρχαν appellavit—auctore enim M. Varrone
is demum Latine "caper" dicitur, qui excastratus
est :—

11 Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas
Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
Occursare capro, cornu ferit ille, caveto.

12 Et quoniam de transferendis sententiis loquor,
memini audisse me ex Valerii Probi discipulis, docti
hominis et in legendis pensitandisque veteribus
scriptis bene callidi, solitum eum dicere, nihil quic-
quam tam inprosperè Vergilium ex Homero vertisse
quam versus hos amoenissimos, quos de Nausicaa
Homerus fecit :

Οἷη δ' Ἄρτεμις εἴσι κατ' οὖρεος ἰοχέαιρα,
Ἡ κατὰ Τηϋέγον περιμήκετον ἢ Ἐρύμανθον
Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείης ἐλάφοισιν·
Τῇ δέ θ' ἄμα νύμφαι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο,
Ἄγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ·
Πασάων δ' ὑπερ ἧ γε κάρη ἔχει ἠδὲ μέτωπα,
Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,—

¹ Fr. 104, G. & S.

² *Ecl.* ix. 23.

³ *Odyss.* vi. 102 ff., translation by Dryden.

⁴ *Aen.* i. 498. ff.

But how could Virgil reproduce τὸ καλὸν πεφιλημένε ("well-beloved"), words that, by Heaven! defy translation, but have a certain native charm? He therefore omitted that expression and translated the rest very cleverly, except in using *caper* for Theocritus' ἐνόρχας; for, according to Marcus Varro,¹ a goat is called *caper* in Latin only after he has been castrated. Virgil's version is:²

Till I return—not long—feed thou my goats;
Then, Tityrus, give them drink, but as you go,
Avoid the buck-goat's horn—the fellow butts!

And since I am speaking on the subject of translation, I recall hearing from pupils of Valerius Probus, a learned man and well trained in reading and estimating the ancient writings, that he used to say that Virgil had never translated Homer less successfully than in these delightful lines which Homer wrote about Nausicaa:³

As when o'er Erymanth Diana roves,
Or wide Taygetus' resounding groves,
A silver train the huntress queen surrounds,
Her rattling quiver from her shoulder sounds;
Fierce in the sport, along the mountain's brow
They bay the boar or chase the bounding roe;
High o'er the lawn, with more majestic pace,
Above the nymphs she treads with stately grace;
Distinguished excellence the goddess proves,
Exults Latona as the virgin moves:
With equal grace Nausicaa trod the plain,
And shone transcendent o'er the beauteous train.

This passage Virgil renders thus:⁴

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 13 Qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
 Exercet Diana choros, quam mille secutae
 Hinc atque hinc glomerantur Oriades. Illa
pharetram
 Fert humero gradiensque deas supereminet omnis.
 Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus.
- 14 Primum omnium id visum esse dicebant Probo, quod
 aput Homerum quidem virgo Nausicaa, ludibunda
 inter familiares puellas in locis solis, recte atque com-
 mode confertur cum Diana venante in iugis montium
 inter agrestes deas, nequaquam autem conveniens
 Vergilium fecisse, quoniam Dido in urbe media in-
 grediens inter Tyrios principes cultu atque incessu
 serio, "instans operi," sicut ipse ait, "regnisque
 futuris," nihil eius similitudinis capere possit, quae
- 15 lusibus atque venatibus Dianae congruat; tum
 postea, quod Homerus studia atque oblectamenta in
 venando Dianae honeste aperteque dicit, Vergilius
 autem, cum de venatu deae nihil dixisset, pharetram
 tantum facit eam ferre in humero, tamquam sit onus
 et sarcina; atque illud impense Probum esse demira-
 tum in Vergilio dicebant, quod Homericam quidem
 Δητώ gaudium gaudeat genuinum et intimum atque
 in ipso penetrali cordis et animae vicens, siquidem
 non aliud est: γέγηθε δέ τε φρένα Δητώ, ipse autem,
 imitari ea volens, gaudia fecerit pigra et levia et
 cunctantia et quasi in summo pectore supernantia:
- 16 nescire enim sese, quid significaret aliud "pertemp-

¹ *Aen.* i. 504.

² *Pertempto* means "try thoroughly," hence "affect deeply." Probus must have taken *per* in the sense of "over," "on the surface," thus giving *pertempto* a meaning of which no example exists.

As on Eurotas' banks or Cynthus' heights
 Diana guides her dancing bands, whose train
 A thousand Oreads follow, right and left;
 A quiver bears she on her shoulder fair,
 And as she treads, the goddesses o'ertops;
 Joys thrill Latona's silent breast.

First of all, they said that Probus thought that in Homer the maiden Nausicaa, playing among her girl companions in solitary places, was consistently and properly compared with Diana hunting on the mountain heights among the rural goddesses; but that Virgil had made a comparison that was by no means suitable, since Dido, walking with dignified dress and gait in the midst of a city, and surrounded by the Tyrian chiefs, "pressing on the work of her rising kingdom," as he himself says,¹ can have no points of similarity corresponding with the sports and hunts of Diana. Then secondly, that Homer mentions plainly and directly Diana's interest and pleasure in the chase, while Virgil, not having said a word about the goddess' hunting, merely pictures her as carrying a quiver on her shoulder, as if it were a burden or a pack. And they said that Probus was particularly surprised at this feature of Virgil's version, that while Homer's Leto rejoices with a joy that is unaffected, deep, and springing from the very depths of her heart and soul—for the words γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ, or "Leto rejoiced in heart," mean nothing else—Virgil, on the other hand, in his attempt to imitate this, has depicted a joy that is passive, mild, slow, and as it were floating on the surface of the heart; for Probus said that he did not know what else the word *pertemptant* could mean²

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

tant"; praeter ista omnia florem ipsius totius loci Vergilium videri omisisse, quod hunc Homeri versum exigue secutus sit :

Ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι,

- 17 quando nulla maior cumulatiorque pulcritudinis laus dici potuerit, quam quod una inter omnis pulcras excelleret, una facile et ex omnibus nosceretur.

X

Quod Annaeus Cornutus versus Vergilii, quibus Veneris et Vulcani concubitum pudice aperteque dixit, reprehensione spurca et odiosa inquinavit.

- 1 ANNIANUS poeta, et plerique cum eo eiusdem Musae viri, summis adsiduisque laudibus hos Vergilii versus ferebat, quibus Vulcanum et Venerem iunctos mixtosque iure coniugii, rem lege naturae operiendam, verecunda quadam translatione verborum, cum
2 ostenderet demonstraretque, protexit. Sic enim scripsit :

Ea verba locutus

Optatos dedit amplexus placidumque petivit

Coniugis infusus gremio per membra soporem.

- 3 Minus autem difficile esse arbitrabantur, in istiusmodi re dicenda, verbis uti uno atque altero brevi tenuique eam signo demonstrantibus, sicut Homerus dixerit: παρθενίην ζώνην et λέκτροιο θεσμόν et ἔργα
4 φιλοτήσια, tot vero et tam evidentibus ac tamen non praetextatis, sed puris honestisque verbis venerandum

¹ Literally, "And is readily recognized, though all are fair."

² A name of Celtic origin, according to Schulze, *Eigenn.* 426.

Besides all this, Virgil seemed to have left out the flower of the whole passage, by giving only a faint shadow of this verse of Homer's :

And shone transcendent o'er the beauteous train.¹

For no greater or more complete praise of beauty can be expressed than that she alone excelled where all were beautiful, that she alone was easily distinguished from all the rest.

X

The low and odious criticism with which Annaeus Cornutus befouled the lines of Virgil in which the poet with chaste reserve spoke of the intercourse of Venus and Vulcan.

THE poet Annianus,² and with him many other devotees of the same Muse, extolled with high and constant praise the verses of Virgil in which, while depicting and describing the conjugal union of Vulcan and Venus, an act that nature's law bids us conceal, he veiled it with a modest paraphrase. For thus he wrote :³

So speaking, the desired embrace he gave,
And sinking on the bosom of his spouse,
Calm slumber then he wooed in every limb.

But they thought it less difficult, in speaking of such a subject, to use one or two words that suggest it by a slight and delicate hint, such as Homer's *παρθενίη ζώνη*, or "maiden girdle";⁴ *λέκτροιο θεσμόν*, "the right of the couch";⁵ and *ἔργα φιλοτήσια*, "love's labours";⁶ that no other than Virgil has ever spoken of those sacred mysteries of chaste intercourse in so

¹ *Aen.* viii. 404 ff.

² *Odyss.* xxiii. 296.

⁴ *Odyss.* xi. 245.

⁶ *Odyss.* xi. 246.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

illud concubii pudici secretum neminem quemquam alium dixisse.

- 5 Sed Annaeus Cornutus, homo sane pleraque alia non indoctus neque imprudens, in secundo tamen librorum, quos *De Figuris Sententiarum* composuit, egregiam totius istius verecundiae laudem insulsa
6 nimis et odiosa scrutatione violavit. Nam cum genus hoc figurae probasset et satis circumspecte factos esse versus dixisset, “ ‘Membra’ tamen,” inquit, “ paulo incautius nominavit.”

XI

De Valerio Corvino ; et unde Corvinus.

- 1 DE MAXIMO VALERIO, qui Corvinus appellatus est ob auxilium propugnationemque corvi alitis, haut quisquam est nobilium scriptorum qui secus dixerit.
2 Ea res prorsus miranda sic profecto est in libris
3 annalibus memorata : “ Adulescens tali genere
4 editus, L. Furio, Claudio Appio consulibus fit tribunus militaris. Atque in eo tempore copiae Gallorum ingentes agrum Pomptinum insederant instruebaturque¹ acies a consulibus, de vi ac
5 multitudine hostium satis agentibus. Dux interea Gallorum, vasta et ardua proceritate armisque auro praefulgentibus, grandia ingrediens et manu telum reciprocans incedebat perque contemptum et super-

¹ instruebatur, *Skutsch* ; instruebanturque, *codd.*

¹ Having in mind a special meaning of *membrum*.

² *e.g.* Claud. Quad. Fr. 12, Peter².

³ 349 B.C.

many and such plain words, which yet were not licentious, but pure and honourable.

But Annaeus Cornutus, a man in many other respects, to be sure, lacking neither in learning nor taste, nevertheless, in the second book of the work which he compiled *On Figurative Language*, defamed the high praise of all that modesty by an utterly silly and odious criticism. For after expressing approval of that kind of figurative language, and observing that the lines were composed with due circumspection, he added: "Virgil nevertheless was somewhat indiscreet in using the word *membra*." ¹

XI

Of Valerius Corvinus and the origin of his surname.

THERE is not one of the well-known historians who has varied in telling the story of Valerius Maximus, who was called Corvinus because of the help and defence rendered him by a raven. That truly remarkable event is in fact thus related in the annals: ² In the consulship of Lucius Furius and Appius Claudius, ³ a young man of such a family ⁴ was appointed tribune of the soldiers. And at that time vast forces of Gauls had encamped in the Pomptine district, and the Roman army was being drawn up in order of battle by the consuls, who were not a little disquieted by the strength and number of the enemy. Meanwhile the leader of the Gauls, a man of enormous size and stature, his armour gleaming with gold, advanced with long strides and flourishing his spear, at the same time casting haughty and contemptuous glances

⁴ That is, as had been described in what preceded.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- biam circumspiciens despiciensque omnia, venire iubet et congregari, si quis pugnare secum ex omni
- 6 Romano exercitu auderet. Tum Valerius tribunus, ceteris inter metum pudoremque ambiguis, impetrato prius a consulibus ut in Gallum tam inaniter adrogantem pugnare sese permetterent, progreditur intrepide modesteque obviam; et congregantur et consistunt et conserebantur iam manus. Atque ibi
- 7 vis quaedam divina fit: corvus repente improvisus advolat et super galeam tribuni insistit atque inde in adversari os atque oculos pugnare incipit; insilibat, obturbabat et unguibus manum laniabat et prospectum alis arcebat atque, ubi satis saevierat,
- 8 revolabat in galeam tribuni. Sic tribunus, spectante utroque exercitu, et sua virtute nixus et opera alitis propugnatus, ducem hostium ferocissimum vicit interfecitque atque ob hanc causam cognomen habuit
- 9 Corvinus. Id factum est annis quadringentis quinque post Romam conditam.
- 10 Statuam Corvino isti divus Augustus in foro suo statuendam curavit. In eius statuæ capite corvi simulacrum est, rei pugnaeque quam diximus monumentum.

XII

De verbis quæ in utramque partem significatione adversa et reciproca dicuntur.

- 1 Ut "formidulosus" dici potest et qui formidat et qui formidatur, ut "invidiosus" et qui invidet et

¹ In the colonnades of his Forum Augustus placed statues of "the leaders who had raised the estate of the Roman

in all directions. Filled with scorn for all that he saw, he challenged anyone from the entire Roman army to come out and meet him, if he dared. Thereupon, while all were wavering between fear and shame, the tribune Valerius, first obtaining the consuls' permission to fight with the Gaul who was boasting so vainly, advanced to meet him, boldly yet modestly. They meet, they halt, they were already engaging in combat. And at that moment a divine power is manifest: a raven, hitherto unseen, suddenly flies to the spot, perches on the tribune's helmet, and from there begins an attack on the face and the eyes of his adversary. It flew at the Gaul, harassed him, tore his hand with its claws, obstructed his sight with its wings, and after venting its rage flew back to the tribune's helmet. Thus the tribune, before the eyes of both armies, relying on his own valour and defended by the help of the bird, conquered and killed the arrogant leader of the enemy, and thus won the surname Corvinus. This happened four hundred and five years after the founding of Rome.

To that Corvinus the deified Augustus caused a statue to be erected in his Forum.¹ On the head of this statue is the figure of a raven, a reminder of the event and of the combat which I have described.

XII

On words which are used with two opposite meanings, both active and passive.

As the adjective *formidulosus* may be used both of one who fears and of one who is feared, *invidiosus* of

people from obscurity to greatness": see Suetonius, *Aug.* xxxi. 5.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

cui invidetur, ut "suspiciosus" et qui suspicatur et qui suspectus est, ut "ambitiosus" et qui ambit et qui ambitur, ut item "gratiosus" et qui adhibet gratias et qui admittit, ut "laboriosus" et qui laborat et qui labori est, ut pleraque alia huiusmodi in utramque partem dicuntur, ita "infestus" 2 quoque ancipiti significatione est. Nam et is "infestus" appellatur, qui malum infert cuipiam, et contra, cui aliunde impendet malum, is quoque "infestus" dicitur.

3 Sed quod prius posui profecto exemplis non indiget; sic adeo multi locuntur, ut "infestum" dicant inimicum atque adversum; alterum autem illud 4 ignorabilius obscuriusque est. Quis enim e medio facile dixerit "infestum" esse, cui alter infestus est? Sed et veteres plerique ita dixerunt et M. Tullius, in oratione quam *Pro Cn. Plancio* scripsit, 5 vocabulo hoc sic usus est: "Dolebam," inquit, "iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio custodiaque 6 texisset." Nos igitur de origine et ratione verbi quaerebamus, atque ita in Nigidianis scriptum invenimus: "'Infestum' est a 'festinando' dictum; nam qui instat," inquit, "alicui eumque properans urget opprimereque eum studet festinatque, aut contra de cuius periculo et exitio festinatur, is uterque 'infestus' dicitur ab instantia atque imminetia fraudis, quam vel facturus cuipiam vel passurus est."

¹ § 1.

² Fr. 47, Swoboda.

³ The usual derivation is from *in* + *fendo* (cf. *offendo*), but this is rejected by Walde, who compares Gk. *θάπρος*.

one who envies and of one who is envied, *suspiciosus* of one who suspects and of one who is suspected, *ambiciosus* of one who courts favour and of one who is courted, *gratiosus* also of one who gives, and of one who receives, thanks, *laboriosus* of one who toils and of one who causes toil—as many other words of this kind are used in both ways, so *infestus* too has a double meaning. For he is called *infestus* who inflicts injury on anyone, and on the other hand he who is threatened with injury from another source is also said to be *infestus*.

But the meaning which I gave first surely needs no illustration, so many are there who use *infestus* in the sense of hostile and adverse; but that second meaning is less familiar and more obscure. For who of the common run would readily call a man *infestus* to whom another is hostile? However, not only did many of the earlier writers speak in that way, but Marcus Tullius also gave the word that meaning in the speech which he wrote *In Defence of Gnaeus Plancius*, saying:¹ “I were grieved, gentlemen of the jury, and keenly distressed, if this man’s safety should be more endangered (*infestior*) for the very reason that he had protected my life and safety by his own kindness, protection and watchfulness.” Accordingly, I inquired into the origin and meaning of the word and found this statement in the writings of Nigidius:² “*Infestus* is derived from *festinare*,” says he, “for one who threatens anyone, and is in haste to attack him, and hurries eagerly to crush him; or on the other hand one whose peril and ruin are being hastened—both of these are called *infestus* from the urgent imminence of the injury which one is either about to inflict on someone, or to suffer.”³

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 7 Ne quis autem de "suspiciosus," quod supra posuimus, et de "formiduloso" in eam partem quae minus usitata est, exemplum requirat, de "suspicioso" apud M. Catonem *De Re Floria* ita scriptum: "Sed nisi qui palam corpore pecuniam quaereret aut se lenoni locavisset, etsi famosus et suspiciosus fuisset, vim in corpus liberum non aecum
8 censuere adferri." "Suspiciosum" enim Cato hoc in loco suspectum significat, non suspicantem:
9 "formidulosum" autem, qui formidetur, Sallustius in *Catilina* ita dicit: "Igitur talibus viris non labor insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidulosus."
10 Item C. Calvus in poematis "laboriosus" dicit, non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur:

Durum (inquit) rus fugit et laboriosum.

- 11 Eadem ratione Laberius quoque in *Sororibus*:

Ecastor (inquit) mustum somniculosum,

- 12 et Cinna in poematis:

Somniculosam ut Poénus aspidém Psyllus.

- 13 "Metus" quoque et "iniuria" atque alia quaedam id genus sic utroqueversum dici possunt; nam "metus hostium" recte dicitur et cum timent

¹ Ivii. 1, Jordan.

² vii. 5.

³ Fr. 2, Bährens, *F. P. R.*

⁴ 86, Ribbeck².

⁵ Fr. 2, Bährens.

⁶ Some such word as "handle" is to be supplied.

⁷ The Psylli, according to Pliny, *Nat. Hist.* vii. 14, were an African people whose bodies contained a poison deadly to serpents, and gave out an odour which put snakes to flight; see also *Nat. Hist.* viii. 93; Dio Cassius, li. 14. *Psyllus* came

Now, that no one may have to search for an example of *suspiciosus*, which I mentioned above, and of *formidulosus* in its less usual sense, Marcus Cato, *On the property of Florius*, used *suspiciosus* as follows: ¹ "But except in the case of one who practised public prostitution, or had hired himself out to a procurer, even though he had been ill-famed and suspected (*suspiciosus*), they decided that it was unlawful to use force against the person of a freeman." For in this passage Cato uses *suspiciosus* in the sense of "suspected," not that of "suspecting." Sallust too in the *Catiline* uses *formidulosus* of one who is feared, in this passage: ² "To such men consequently no labour was unfamiliar, no region too rough or too steep, no armed foeman to be dreaded (*formidulosus*)."

Gaius Calvus also in his poems uses *laboriosus*, not in the ordinary sense of "one who toils," but of that on which labour is spent, saying: ³

The hard and toilsome (*laboriosum*) country he will shun.

In the same way Laberius also in the *Sisters* says: ⁴

By Castor! sleepy (*somniculosum*) wine!

and Cinna in his poems: ⁵

As Punic Psyllus doth ⁶ the sleepy (*somniculosam*) asp. ⁷

Metus also and *iniuria*, and some other words of the kind, may be used in this double sense; for *metus hostium*, "fear of the enemy," is a correct expression

to be a general term for snake-charmers and healers of snake-bites, as in Suetonius, *Aug.* xvii. 4.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 14 *hostes et cum timentur.* Itaque Sallustius in
Historia prima "metum Pompei" dixit, non quo
Pompeius metueret, quod est usitatus, sed quo
metueretur. Verba haec Sallusti sunt: "Id bellum
excitabat metus Pompei victoris, Hiempsalem in
15 regnum restituentis." Item alio in loco: "Post-
quam remoto metu Punico similtates exercere
16 vacuum fuit." "Iniurias" itidem dicimus tam
illorum qui patiuntur, quam qui faciunt, quarum
dictionum exempla sunt facilia inventu.
17 Illud etiam dictum a Vergilio eandem habet
formam communicatae ultro et citro significationis:

et vulnere (inquit) tardis Ulixi,

- cum diceret "vulnus," non quod accepisset Ulixes,
18 sed quod dedisset. "Nescius" quoque dicitur tam
19 is qui nescitur, quam qui nescit. Sed super eo
qui nescit, frequens huius vocabuli usus est, in-
20 frequens autem est de eo quod nescitur. "Ignarus"
aeque utroqueversum dicitur, non tantum qui
21 ignorat, set et qui ignoratur. Plautus in *Rudente*:

Quae in locis nesciis nescia spē sumus.

- 22 Sallustius: More humanae cupidinis ignara visendi.
Vergilius:

ignarum Laurens habet ora Mimanta.

¹ i. 53, Maur.

² i. 12, Maur.

³ *Aen.* ii. 436.

⁴ v. 275.

⁵ That is, not knowing what to expect

⁶ *Hist.* i. 103, Maur.

⁷ *Aen.* x. 706.

both when the enemy fear and when they are feared. Thus Sallust in the first book of his *History*¹ speaks of "the fear of Pompey," not implying that Pompey was afraid, which is the more common meaning, but that he was feared. These are Sallust's words: "That war was aroused by the fear of the victorious Pompey, who was restoring Hiempsal to his kingdom." Also in another passage:² "After the fear of the Carthaginians had been dispelled and there was leisure to engage in dissensions." In the same way we speak of the "injuries," as well of those who inflict them as of those who suffer them, and illustrations of that usage are readily found.

The following passage from Virgil affords a similar instance of this kind of double meaning; he says:³

Slow from Ulysses' wound,

using *vulnus*, not of a wound that Ulysses had suffered, but of one that he had inflicted. *Nescius* also is used as well of one who is unknown as of one who does not know; but its use in the sense of one who does not know is common, while it is rarely used of that which is unknown. *Ignarus* has the same double application, not only to one who is ignorant, but also to one who is not known. Thus Plautus in the *Rudens* says:⁴

In unknown (*nesciis*) realms are we where hope
knows naught (*nescia*).⁵

And Sallust:⁶ "With the natural desire of mankind to visit unknown (*ignara*) places."

And Virgil:⁷

Unknown (*ignarum*) the Laurentine shore doth
Mimas hold.

XIII

Verba ex historia Claudii Quadrigarii, quibus Manli Torquati, nobilis adolescentis, et hostis Galli provocantis pugnam depinxit.

- 1 TITUS MANLIUS summo loco natus adprimeque
 2 nobilis fuit. Ei Manlio cognomentum factum est
 3 Torquatus. Causam cognomenti fuisse accepimus
 torquis ex auro induvies, quam ex hoste quem
 4 occiderat detractam induit. Sed quis hostis et quid
 genus, quam formidandae vastitatis et quantum in-
 solens provocator et cuiusmodi fuerit pugna decer-
 tatum, Q. Claudius primo *Annalium* purissime atque
 inlustrissime simplicique et incompta orationis anti-
 5 quae suavitate descripsit. Quem locum ex eo libro
 philosophus Favorinus cum legeret, non minoribus
 quati adficique animum suum motibus pulsibusque
 dicebat, quam si ipse coram depugnantes eos
 spectaret.
- 6 Verba Q. Claudii, quibus pugna ista depicta est,
 7 adscripsi: "Cum interim Gallus quidam nudus
 praeter scutum et gladios duos torque atque armil-
 lis decoratus processit, qui et viribus et magnitudine
 et adulescentia simulque virtute ceteris antistabat.
 8 Is maxime proelio commoto atque utrisque summo
 studio pugnantibus, manu significare coepit utris-
 9 que, quiescerent. Pugnae facta pausa est. Ex-
 10 templo silentio facto cum voce maxima conclamat,

XIII

A passage from the history of Claudius Quadrigarius, in which he pictured the combat of Manlius Torquatus, a young noble, with a hostile Gaul, who challenged the whole Roman army.

TITUS MANLIUS was a man of the highest birth and of exalted rank. This Manlius was given the surname Torquatus. The reason for the surname, we are told, was that he wore as a decoration a golden neck-chain, a trophy taken from an enemy whom he had slain. But who the enemy was, and what his nationality, how formidable his huge size, how insolent his challenge, and how the battle was fought—all this Quintus Claudius has described in the first book of his *Annals* with words of the utmost purity and clearness, and with the simple and unaffected charm of the old-time style. When the philosopher Favorinus read this passage from that work, he used to say that his mind was stirred and affected by no less emotion and excitement than if he were himself an eye-witness of their contest.

I have added the words of Quintus Claudius in which that battle is pictured: "In the meantime a Gaul came forward, who was naked except for a shield and two swords and the ornament of a neck-chain and bracelets; in strength and size, in youthful vigour and in courage as well, he excelled all the rest. In the very height of the battle, when the two armies were fighting with the utmost ardour, he began to make signs with his hand to both sides, to cease fighting. The combat ceased. As soon as silence was secured, he called out in a mighty voice that if anyone wished to engage him in single combat,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

11 si quis secum depugnare vellet, uti prodiret. Nemo
 audebat propter magnitudinem atque inmanitatem
 12 facies.¹ Deinde Gallus inridere coepit atque lin-
 13 guam exertare. Id subito perdolitum est cuidam
 Tito Manlio, summo genere gnato, tantum flagitium
 civitati accidere, e tanto exercitu neminem prodire.
 14 Is, ut dico,² processit neque passus est virtutem
 Romanam ab Gallo turpiter spoliari.³ Scuto pedestri
 et gladio Hispanico cinctus contra Gallum con-
 15 stitit. Metu magno ea congressio in ipso ponti,
 16 utroque exercitu inspectante, facta est. Ita, ut
 ante dixi, constiterunt: Gallus sua disciplina scuto
 proiecto cunctabundus;⁴ Manlius, animo magis
 quam arte confisus, scuto scutum percussit atque
 17 statum Galli conturbavit. Dum se Gallus iterum
 eodem pacto constituere studet, Manlius iterum
 scuto scutum percutit atque de loco hominem
 iterum deiecit; eo pacto ei sub Gallicum gladium
 successit atque Hispanico pectus hausit; deinde
 continuo umerum dextrum eodem successu⁵ incidit
 neque recessit usquam, donec subvertit, ne Gallus
 18 impetum in ictu haberet. Ubi eum evertit, caput
 praecidit, torquem detraxit eamque sanguinolentam
 19 sibi in collum inponit. Quo ex facto ipse posteri-
 que eius Torquati sunt cognominati.”
 20 Ab hoc Tito Manlio, cuius hanc pugnam Qua-
 drigarius descripsit, imperia et aspera et immitia

¹ On this form of the genitive see ix. 14.

² ilico, *Mommsen*; iudico, *X*¹.

³ spurcari, *Damsté*.

⁴ cunctabundus, π; cantabundus, ς; cautabundus, *reliqui codd.*

⁵ successu, *Damsté*; cf. successit above; conisu, *Mommsen*; concessu, ω; concussu, ς.

he should come forward. This no one dared do, because of his great size and savage aspect. Then the Gaul began to laugh at them and to stick out his tongue. This at once roused the great indignation of one Titus Manlius, a youth of the highest birth, that such an insult should be offered his country, and that no one from so great an army should accept the challenge. He, as I say, stepped forth, and would not suffer Roman valour to be shamefully tarnished by a Gaul. Armed with a foot-soldier's shield and a Spanish sword, he confronted the Gaul. Their meeting took place on the very bridge, in the presence of both armies, amid great apprehension. Thus they confronted each other, as I said before: the Gaul, according to his method of fighting, with shield advanced and awaiting an attack; Manlius, relying on courage rather than skill, struck shield against shield, and threw the Gaul off his balance. While the Gaul was trying to regain the same position, Manlius again struck shield against shield, and again forced the man to change his ground. In this fashion he slipped in under the Gaul's sword and stabbed him in the breast with his Spanish blade. Then at once with the same mode of attack he struck his adversary's right shoulder, and he did not give ground at all until he overthrew him, without giving the Gaul a chance to strike a blow. After he had overthrown him, he cut off his head, tore off his neck-chain, and put it, covered with blood as it was, around his own neck. Because of this act, he himself and his descendants had the surname *Torquatus*." ¹

From this Titus Manlius, whose battle *Quadrigrarius* described above, all harsh and cruel commands are

¹ Fr. 10^b, Peter².

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

“Manlia” dicta sunt, quoniam postea bello adversum Latinos cum esset consul, filium suum securi percussit, qui speculatum ab eo missus, . . . interdicto, hostem, a quo provocatus fuerat, occiderat.

XIV

Quod idem Quadrigarius “huius facies” patrio casu probe et Latine dixit; et quaedam alia adposita de similium vocabulorum declinationibus.

- 1 Quod autem supra scriptum est in Q. Claudii verbis: “Propter magnitudinem atque inmanitatem facies,” id nos aliquot veteribus libris inspectis exploravimus atque ita esse, ut scriptum est, com-
- 2 perimus. Sic enim pleraque aetas veterum declinavit: “haec facies, huius facies,” quod nunc propter rationem grammaticam “faciei” dicitur. Corruptos autem quosdam libros repperi, in quibus “faciei” scriptum est, illo quod ante scriptum erat oblitterato.
- 3 Meminimus etiam in Tiburti bibliotheca invenire nos in eodem Claudii libro scriptum utrumque “facies” et “facii.” Sed “facies” in ordinem scriptum fuit et contra per *i* geminum “facii,”
- 4 neque id abesse a quadam consuetudine prisca existimavimus; nam et ab eo quod est “hic dies,” tam “huius dies,” quam “huius dii,” et ab eo quod est “haec fames,” tam “huius famis,” quam “huius fami” dixerunt.

called "Manlian;" for at a later time, when he was consul in a war against the Latins, Manlius caused his own son to be beheaded, because he had been sent by his father on a scouting expedition with orders not to fight,¹ and disregarding the command, had killed one of the enemy who had challenged him.

XIV

That Quadrigarius also, with correct Latinity, used *facies* as a genitive; and some other observations on the inflection of similar words.

THE expression that I quoted above from Quintus Claudius,² "On account of his great size and savage aspect (*facies*)," I have inquired into by examining several old manuscripts, and have found it to be as I wrote it. For it was in that way, as a rule, that the early writers declined the word—*facies facies*—whereas the rule of grammar now requires *faciei* as the genitive. But I did find some corrupt manuscripts in which *faciei* was written, with erasure of the former reading.

I remember too having found both *facies* and *facii* written in the same manuscript of Claudius³ in the library at Tibur. But *facies* was written in the text and *facii*, with double *i*, in the margin opposite; nor did I regard that as inconsistent with a certain early usage; for from the nominative *dies* they used both *dies* and *dii* as the genitive, and from *fames*, both *famis* and *fami*.

¹ There is a lacuna in the text, but this seems to express the general sense.

² ix. 13. 11.

³ Frag. 30, Peter³.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 Q. Ennius in XVI. *Annali* "dies" scripsit pro "diei" in hoc versu :

Postremae longinqua dies quod fecerit aetas.

- 6 Ciceronem quoque adfirmat Caesellius in oratione, quam *Pro P. Sestio* fecit, "dies" scripsisse pro "diei," quod ego inpena opera conquisitis veteribus libris plusculis ita, ut Caesellius ait, scriptum
7 inveni. Verba sunt haec M. Tullii : "Equites vero duros illius dies poenas" ; quocirca factum hercle est, ut facile his credam, qui scripserunt, idiographum librum Vergilii se inspexisse, in quo ita scriptum est :

Libra dies somnique pares ubi fecerit horas,
id est "Libra diei somnique."

- 8 Sed sicut hoc in loco "dies" a Vergilio scriptum videtur, ita in illo versu non dubium est, quin "dii" scripserit pro "diei" :

Munera laetitiamque dii,

- quod inperitiores "dei" legunt, ab insolentia
9 scilicet vocis istius abhorrentes. Sic autem "dies, dii" a veteribus declinatum est, ut "fames fami," "perniciēs pernicii," "progenies progenii," "luxuries luxurii," "acies acii." M. enim Cato in oratione, quam *De Bello Carthaginensi* composuit, ita scripsit :
"Pueri atque mulieres extrudebantur fami causa."
11 Lucilius in XII. :

Rugosum atque fami plenum.

¹ Ann. 413, Vahlen ²; Vahlen reads *postremo* and omits *quod*.

² *Ses.* 28 ; our texts commonly read *diei*.

³ *Georg.* i 208.

⁴ The constellation of the Balance.

⁵ *Aen.* i. 636.

⁶ Making *munera dei* = "the gifts of the god (Bacchus)."

Quintus Ennius, in the sixteenth book of his *Annals*, wrote *dies* for *diei* in the following verse :¹

Caused by the distant time of the last day (*dies*).

Caesellius asserts that Cicero also wrote *dies* for *diei* in his oration *For Publius Sestius*, and after sparing no pains and inspecting several old manuscripts, I found Caesellius to be right. These are the words of Marcus Tullius :² "But the knights shall pay the penalty for that day (*dies*)." As a result, I readily believe those who have stated that they saw a manuscript from Virgil's own hand, in which it was written :³

When Libra⁴ shall make like the hours of day
(*dies*) and sleep,

where *dies* is used for *diei*.

But just as in this place Virgil evidently wrote *dies*, so there is no doubt that he wrote *dii* for *diei* in the following line :⁵

As gifts for that day's (*dii*) merriment,

where the less learned read *dei*,⁶ doubtless shrinking from the use of so uncommon a form. But the older writers declined *dies dii*, as they did *fames fami*, *perniciēs pernicii*, *progenies progenii*, *luxuries luxurii*, *acies acii*. For Marcus Cato in his oration *On the Punic War* wrote as follows :⁷ "The women and children were driven out because of the famine (*fami causa*)." Lucilius in his twelfth book has :⁸

Wrinkled and full of hunger (*fami*).

⁷ xxxvii. 1, Jordan.

⁸ 430, Marx, who completes the line with *distendere ventrem*, "to fill a belly."

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

12 Sisenna in *Historiarum* libro VI.: Romanos infe-
13 rendae pernicii causa venisse. Pacuvius in *Paulo*:

Patér supreme nóstrae progenií patris.

14 Cn. Matius in *Iliadis* XXI.:

Altera pars acii vitassent fluminis undas.

15 Idem Matius in XXIII.:

An maneat specii simulacrum in morte silentum.

16 C. Gracchus *De Legibus Promulgatis*: “Ea luxurii
17 causa aiunt institui”; et ibidem infra ita scriptum

18 est: “Non est ea luxuries, quae necessario parentur
19 vitae causa,” per quod apparet eum ab eo quod

20 est “luxuries” “luxurii” patrio casu dixisse. M.
quoque Tullius, in oratione qua Sextum Roscium

defendit, “pernicii” scriptum reliquit. Verba haec
sunt: “Quorum nihil pernicii causa divino consilio,

21 sed vi ipsa et magnitudine rerum factum putamus.”
Aut “facies” ergo in casu patrio aut “facii”

22 Quadrigarium scripsisse existimandum est; “facie”
autem in nullo veteri libro scriptum repperi.

21 In casu autem dandi qui purissime locuti sunt
non “faciei,” uti nunc dicitur, sed “facie” dixerunt.

22 Lucilius in *Saturis*:

primum (inquit) facie quod honestae et

Aetati¹ accedit.

¹ et aetati, *L. Müller*; et annis, *Bährens*; tantis, *ω*.

¹ Fr. 128, *Peter*².

² i, p. 325, *Ribbeck*³.

³ Fr. 7, *Bährens*; *Iliad* xxi. 3 f.

⁴ Fr. 8, *Bährens*; *Iliad* xxiii. 103 f.

⁵ *O. R. F.*, p. 235, *Meyer*⁶.

⁶ *Pro Rosc. Amer.* 131.

⁷ 1257, *Marx*, who fills out the second line with *naturae dotibus aetas*; tantis, *ω*.

Sisenna in the sixth book of his *History* writes :¹
 "That the Romans came for the purpose of dealing
 destruction (*pernicii*)." Pacuvius in the *Paulus*
 says :²

O sire supreme of our own race's (*progenii*) sire.

Gnaeus Matius in the twenty-first book of his *Iliad* :³

The army's (*acii*) other part the river's wave had
 shunned.

Again Matius in Book xxiii writes :⁴

Or bides in death some semblance of a form (*specii*)
 Of those who speak no more.

Gaius Gracchus, *On the Publishing of the Laws* has :⁵

"They say that those measures were taken because
 of luxury (*luxurii causa*)," and farther on in the same
 speech we find: "What is necessarily provided to
 sustain life is not luxury (*luxuries*)," which shows
 that he used *luxurii* as the genitive of *luxuries*.
 Marcus Tullius also has left *pernicii* on record, in the
 speech in which he defended Sextus Roscius. These
 are his words :⁶ "We think that none of these things
 was produced by divine will for the purpose of
 dealing destruction (*pernicii*), but by the very force
 and greatness of Nature." We must therefore
 suppose that Quadrigarius wrote either *facies* or
facii as the genitive; but I have not found the read-
 ing *facie* in any ancient manuscript.

But in the dative case those who spoke the best
 Latin did not use the form *faciei*, which is now
 current, but *facie*. For example, Lucilius in his
Satires :⁷

Which first is joined to a fair face

And youth.

23 Lucilius in libro septimo :

Qui te diligat, aetati facieque tuae se
Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur ;

24 sunt tamen non pauci qui utrobique " facii " legant.
25 Sed C. Caesar in libro *De Analogia* secundo " huius
die " et " huius specie " dicendum putat.

26 Ego quoque in *Iugurtha* Sallustii summae fidei et
reverendae vetustatis libro " die " casu patrio scriptum
inveni. Verba haec ita erant : " Vix decima parte
die reliqua." Non enim puto argutiolam istam re-
cipiendam, ut die dictum quasi " ex die " existi-
memus.

XV

De genere controversiae quod Graece *κρονον* appellatur.

1 Cum Antonio Iuliano rhetore, per feriarum tempus
aestivarum decedere ex urbis aestu volentes, Nea-
2 polim concesseramus. Atque ibi erat adulescens
tunc quispiam ex ditioribus cum utriusque linguae
magistris meditans et exercens ad causas Romae
orandas eloquentiae Latinae facultatem ; atque is
3 rogat Iulianum, uti sese audiat declamantem. It
auditum Iulianus imusque nos cum eo simul.
4 Introit adulescens et praefatur arrogantius et elatius
quam aetatem eius decebat, ac deinde iubet exponi
controversias.

¹ 269, Marx.

² ii, p. 129, Dinter.

³ *Jug.* xcvi. 3.

And in his seventh book :¹

Who loves you, and who to your youth and charms
(*facie*),
Plays courtier, promising to be your friend.

However, there are not a few who read *facii* in both these passages of Lucilius. But Gaius Caesar, in the second book of his treatise *On Analogy*,² thinks that we should use *die* and *specie* as genitive forms.

I have also found *die* in the genitive case in a manuscript of Sallust's *Jugurtha* of the utmost trustworthiness and of venerable age. These were the words :³ "when scarcely a tenth part of the day (*die*) was left." For I do not think we ought to accept such a quibble as the assertion that *die* is used for *ex die*.

XV

On the kind of debate which the Greeks call *ἀπορος*.

WITH the rhetorician Antonius Julianus I had withdrawn to Naples during the season of the summer holidays, wishing to escape the heat of Rome. And there was there at the time a young man of the richer class studying with tutors in both languages, and trying to gain a command of Latin eloquence in order to plead at the bar in Rome; and he begged Julianus to hear one of his declamations. Julianus went to hear him and I went along with him. The young fellow entered the room, made some preliminary remarks in a more arrogant and presumptuous style than became his years, and then asked that subjects for debate be given him.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 Aderat ibi nobiscum Iuliani sectator, iuvenis
promptus et proficiens et offendens iam in eo, quod
ille aput Iuliani aures in praecipiti stare et subitaria
6 dictione periculum sui facere audebat. Exponit
igitur temptamenti gratia controversiam parum con-
sistentem, quod genus Graeci ἀπορον vocant, Latine
autem id non nimis incommode "inexplicabile" dici
7 potest. Ea controversia fuit huiusmodi: "De reo
septem iudices cognoscant eaque sententia sit rata,
quam plures ex eo numero dixerint. Cum septem
iudices cognovissent, duo censuerunt reum exilio
8 puniendum. Petitur ad supplicium ex sententia
trium iudicum et cōtradicit."
- 9 Hac ille audita nec considerata neque aliis, ut pro-
ponerentur, expectatis, incipit statim mira celeritate
in eandem hanc controversiam principia nescio quae
dicere et involucra sensuum verborumque volumina
vocumque turbas fundere, ceteris omnibus ex cohorte
eius, qui audire eum soliti erant, clamore magno
exultantibus, Iuliano autem male ac misere rubente
10 et sudante. Sed ubi deblateratis versuum multis
milibus finem aliquando fecit egressique inde sumus,
amici familiaresque eius Iulianum prosecuti, quidnam
11 existimaret, percontati sunt. Atque ibi Iulianus
festivissime "Nolite quaerere," inquit, "quid sentiam;
adulescens hic sine controversia disertus est."

¹ *Sine controversia* is of course used in a double sense: "without question," and "without an opponent" (i.e., when there is no one to argue against him).

There was present there with us a pupil of Julianus, a man of ready speech and good ability, who was already offended that in the hearing of a man like Julianus the fellow should show such rashness and should dare to test himself in extempore speaking. Therefore, to try him, he proposed a topic for debate that was not logically constructed, of the kind which the Greeks call ἀπροπος, and in Latin might with some propriety be termed *inexplicabile*, that is, "unsolvable." The subject was of this kind: "Seven judges are to hear the case of a defendant, and judgment is to be passed in accordance with the decision of a majority of their number. When the seven judges had heard the case, two decided that the defendant ought to be punished with exile; two, that he ought to be fined; the remaining three, that he should be put to death. The execution of the accused is demanded according to the decision of the three judges, but he appeals."

As soon as the young man had heard this, without any reflection and without waiting for other subjects to be proposed, he began at once with incredible speed to reel off all sorts of principles and apply them to that same question, pouring out floods of confused and meaningless words and a torrent of verbiage. All the other members of his company, who were in the habit of listening to him, showed their delight by loud applause, but Julianus blushed and sweat from shame and embarrassment. But when after many thousand lines of drivel the fellow at last came to an end and we went out, his friends and comrades followed Julianus and asked him for his opinion. Whereupon Julianus very wittily replied "Don't ask me what I think; without controversy¹ this young man is eloquent."

XVI

Quod Plinium Secundum, non hominem indoctum, fugerit latueritque vitium argumenti quod ἀντιστρέφον Graeci dicunt.

1 PLINIUS SECUNDUS existimatus est esse aetatis suae
 2 doctissimus. Is libros reliquit quos *Studiosorum* in-
 scripsit, non medius fidius usquequaque aspernandos.
 3 In his libris multa varie ad oblectandas eruditorum
 4 hominum aures ponit. Refert etiam plerasque sen-
 tentias quas in declamandis controversiis lepide
 5 arguteque dictas putat. Sicuti hanc quoque senten-
 tiam ponit ex huiuscemodi controversia: “‘ Vir fortis
 praemio quod optaverit donetur. Qui fortiter fecerat,
 petit alterius uxorem in matrimonium et accepit. Is
 deinde cui uxore fuit fortiter fecit. Repetit eandem;
 6 contradicitur.’ Eleganter,” inquit, “et probabiliter
 ex parte posterioris viri fortis, uxorem sibi reddi
 postulantis, hoc dictum est: ‘Si placet lex, redde;
 7 si non placet, redde.’” Fugit autem Plinium, sen-
 tentiolam istam, quam putavit esse argutissimam,
 vitio non carere quod Graece ἀντιστρέφον dicitur.
 Et est vitium insidiosum et sub falsa laudis specie
 latens; nihil enim minus converti ex contrario id
 ipsum adversus eundem potest, atque ita a priore
 illo viro forte dici: “Si placet lex, non reddo; si
 non placet, non reddo.”

¹ If the law was valid, the second man ought to be granted what he desired; that is, the return of his wife. If the law was not valid, the first man's desire should not have been granted, and the second man's wife should not have been taken from him. Cf. v. 10 for a similar argument.

XVI

How Plinius Secundus, although not without learning, failed to observe and detect the fallacy in an argument of the kind that the Greeks call ἀντιστρέφον.

PLINIUS SECUNDUS was considered the most learned man of his time. He left a work, entitled *For Students of Oratory*, which is by no manner of means to be lightly regarded. In that work he introduces much varied material that will delight the ears of the learned. He also quotes a number of arguments that he regards as cleverly and skilfully urged in the course of debates. For instance, he cites this argument from such a debate: "A brave man shall be given the reward which he desires. A man who had done a brave deed asked for the wife of another in marriage, and received her. Then the man whose wife she had been did a brave deed. He demands the return of his wife, but is refused." On the part of the second brave man, who demanded the return of his wife," says Pliny, "this elegant and plausible argument was presented: 'If the law is valid, return her to me; if it is not valid, return her.'"¹ But it escaped Pliny's notice that this bit of reasoning, which he thought very acute, was not without the fallacy which the Greeks call ἀντιστρέφον, or "a convertible proposition." And that is a deceptive fallacy, which lies concealed under a false appearance of truth; for that very argument may just as easily be turned about and used against the same man, and might, for example, be put thus by that former husband: "If the law is valid, I do not return her; if it is not valid, I do not return her."



BOOK X

LIBER DECIMUS

I

“Tertium”ne consul an “tertio” dici oporteat; et quonam modo Cn. Pompeius, cum in theatro, quod erat dedicaturus, honores suos scriberet.¹ quaestionem ancipitem istius verbi de consilio Ciceronis vitaverit.

- 1 FAMILIARI meo cuiquam litteras Athenis Romam
2 misi. In his scriptum fuit me illi iam “tertium”
3 scripsisse. Is ad me rescripsit petivitque ut rationem
dicerem cur “tertium” ac non “tertio” scripsissem.
Id etiam adscripsit, ut eadem, quid super illo quoque
mihi videretur, facerem se certiolem, “tertium” ne
“consul” et “quartum” an “tertio” et “quarto”
dicendum esset, quoniam Romae doctum virum dicere
audisset “tertio” et “quarto consul,” non “tertium
quartum” que; idque in principio libri III.² Coelium
scripsisse et Quintum Claudium in libro undevicesimo
C. Marium creatum “septimo” consulem dixisse.
- 4 Ad haec ego rescripsi nihil amplius quam verba
M. Varronis, hominis, opinor, quam fuit Claudius
cum Coelio doctioris, quibus verbis utrumque de quo
5 ad me scripserat decideretur; nam et Varro satis
aperte quid dici oporteret edocuit et ego adversus
eum qui doctus esse dicebatur litem meam facere
absens nolui.

¹ inscriberet, NON.

² III. *added by Meltzer*; libri, ∞.

BOOK X

I

Whether one ought to say *tertium consul* or *tertio*; and how Gnaeus Pompeius, when he would inscribe his honours on the theatre which he was about to dedicate, by Cicero's advice evaded the difficulty as to the form of that word.

I SENT a letter from Athens to a friend of mine in Rome. In it I said that I had now written him for the third time (*tertium*). In his reply he asked me to give my reason for having written *tertium* and not *tertio*. He added that he hoped I would at the same time inform him what I thought about the question whether one should say *tertium consul*, meaning "consul for the third time," and *quartum*, or *tertio* and *quarto*; since he had heard a learned man at Rome say *tertio* and *quarto consul*, not *tertium* and *quartum*; also, that Coelius had so written¹ at the beginning of his third book and that Quintus Claudius in his eleventh book said² that Marius was chosen consul for the seventh time, using *septimo*.

In reply to these questions, to decide both matters about which he had written to me, I contented myself with quoting Marcus Varro, a more learned man in my opinion than Coelius and Claudius together. For Varro has made it quite plain what ought to be said, and I did not wish, when at a distance, to enter into a dispute with a man who had the name of being learned.

¹ Fr. 59, Peter².

² Fr. 82, Peter².

- 6 Verba M. Varronis ex libro *Disciplinarum* quinto haec sunt: "Aliud est 'quarto' praetorem fieri et 'quartum'; quod 'quarto' locum adsignificat ac tres ante factos, 'quartum' tempus adsignificat et ter ante factum. Igitur Ennius recte, quod scripsit:

Quintus pater quartum fit consul,

et Pompeius timide, quod in theatro, ne adscriberet 'consul tertium' aut 'tertio,' extremas litteras non scripsit."

- 7 Quod de Pompeio Varro breviter et subobscurè dixit, Tiro Tullius, Ciceronis libertus, in epistula quadam enarratius scripsit ad hunc ferme modum: "Cum Pompeius," inquit, "aedem Victoriae dedicaturus foret, cuius gradus vicem theatri essent, nomenque eius et honores scriberentur,¹ quaeri coeptum est, utrum 'consul tertio' inscribendum esset an 'tercium.' Eam rem Pompeius exquisitissime rettulit ad doctissimos civitatis, cumque dissentiretur et pars 'tertio,' alii 'tercium' scribendum contenderent, rogavit," inquit, "Ciceronem Pompeius, ut quod ei rectius videretur scribi iuberet." Tum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne, quorum opinionem inprobasset, ipsos videretur improbasse. "Persuasit igitur Pompeio, ut neque 'tercium' neque 'tertio' scriberetur, sed ad secundum usque *t* fierent

¹ inscriberentur, NO²ΠX.

¹ p. 202, Bipont.

² That is, that he was fourth in order of election.

³ *Ann.* 295, Vahlen².

⁴ He wrote *tert.*; see § 7. *Tertium* is correct; the inscription on the Pantheon reads *M. Agrippa, L. f., cos. tertium fecit.*

⁵ p. 12, Lion.

Marcus Varro's words, in the fifth book of his *Disciplinae*, are as follows:¹ "It is one thing to be made praetor *quarto*, and another *quartum*; for *quarto* refers to order and indicates that three were elected before him;² *quartum* refers to time and indicates that he had been made praetor three times before. Accordingly Ennius was right when he wrote:³

Quintus, his sire, a fourth time (*quartum*) consul is, and Pompeius was timid when, in order to avoid writing *consul tertium* or *tertio* on his theatre, he did not write the final letters."⁴

What Varro briefly and somewhat obscurely hinted at concerning Pompey, Tullius Tiro, Cicero's freedman, wrote at greater length in one of his letters, substantially as follows:⁵ "When Pompey was preparing to consecrate the temple of Victory, the steps of which formed his theatre,⁶ and to inscribe upon it his name and honours, the question arose whether *consul tertium* should be written, or *tertio*. Pompey took great pains to refer this question to the most learned men of Rome, and when there was difference of opinion, some maintaining that *tertio* ought to be written, others *tertium*, Pompey asked Cicero," says Varro, "to decide upon what seemed to him the more correct form." Then Cicero was reluctant to pass judgment upon learned men, lest he might seem to have censured the men themselves in criticizing their opinion. "He accordingly advised Pompey to write neither *tertium* nor *tertio*, but to inscribe the first

* Because of the sentiment against a permanent theatre at Rome, Pompey placed a temple of Venus Victrix at the top of his theatre, so that the seats of the auditorium formed an approach to it. It was built in 55 B.C.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

litterae, ut verbo non perscripto res quidem demonstraretur, sed dictio tamen ambigua verbi lateret."

- 8 Id autem, quod et Varro et Tiro dixerunt, in
9 eodem nunc theatro non est ita scriptum. Nam
cum multis annis postea scaena, quae prociderat,
refecta esset, numerus tertii consulatus non uti initio
primoribus litteris, sed tribus tantum liniolis incisis
significatus est.
- 10 In M. autem Catonis quarta *Origine* ita per-
scriptum est: "Carthaginienses sextum de foedere
decessere." Id verbum significat quinquies ante
11 eos fecisse contra foedus et tum sextum. Graeci
quoque in significandis huiuscemodi rerum numeris
τρίτον καὶ τέταρτον dicunt, quod congruit cum eo
quod Latine dicitur: "tertium quartumque."

II

Quid Aristoteles de numero puerperii memoriae mandaverit.

- 1 ARISTOTELES philosophus memoriae tradidit, mu-
lierem in Aegypto uno partu quinque pueros enixam,
eumque esse finem dixit multiugae hominum par-
tionis neque plures umquam simul genitos compertum,
2 hunc autem numerum ait esse rarissimum. Sed et
divo Augusto imperante qui temporum eius historiam
scripserunt ancillam Caesaris Augusti in agro Laurente
peperisse quinque pueros dicunt eosque pauculos dies
vixisse; matrem quoque eorum, non multo postquam
peperit, mortuam monumentumque ei factum iussu

¹ That is, by the Roman numeral III.

² Fr. 84, Peter². ³ Cf. *Hist. Anim.* vii. 4, p. 584, 29.

four letters only, so that the meaning was shown without writing the whole word, but yet the doubt as to the form of the word was concealed."

But that of which Varro and Tiro spoke is not now written in that way on this same theatre. For when, many years later, the back wall of the stage had fallen and was restored, the number of the third consulship was indicated, not as before, by the first four letters, but merely by three incised lines.¹

However, in the fourth book of Marcus Cato's *Origines* we find:² "The Carthaginians broke the treaty for the sixth time (*sextum*)."² This word indicates that they had violated the treaty five times before, and that this was the sixth time. The Greeks too in distinguishing numbers of this kind use *τρίτον* καὶ *τέταρτον*, which corresponds to the Latin words *tertium quartumque*.

II

What Aristotle has recorded about the number of children born at one time.

THE philosopher Aristotle has recorded³ that a woman in Egypt bore five children at one birth; this, he said, was the limit of human multiple parturition; more children than that had never been known to be born at one time, and even that number was very rare. But in the reign of the deified Augustus the historians of the time say that a maid servant of Caesar Augustus in the region of Laurentum brought forth five children, and that they lived for a few days; that their mother died not long after she had been delivered, whereupon a monument was erected to her by order of Augustus

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Augusti in via Laurentina inque eo scriptum esse numerum puerperii eius, de quo diximus.

III

Locorum quorundam inlustrium conlatio contentioque facta ex orationibus C. Gracchi et M. Ciceronis et M. Catonis.

- 1 FORTIS ac vehemens orator existimatur esse C. Gracchus. Nemo id negat. Sed quod nonnullis videtur severior, acrior ampliorque esse M. Tullio,
- 2 ferri id qui potest? Legebamus adeo nuper orationem Gracchi *De Legibus Promulgatis*, in qua M. Marium et quosdam ex municipiis Italicis honestos viros virgis per iniuriam caesos a magistratibus populi Romani quanta maxima invidia potest conqueritur.
- 3 Verba haec sunt quae super ea re fecit: "Nuper Teanum Sidicinum consul venit. Uxor eius dixit se in balneis virilibus lavari velle. Quaestori Sidicino M. Mario datum est negotium, uti balneis exigerentur qui lavabantur. Uxor renuntiat viro parum cito sibi balneas traditas esse et parum lautas fuisse. Idcirco palus destitutus est in foro eoque adductus suae civitatis nobilissimus homo M. Marius. Vestimenta detracta sunt, virgis caesus est. Caleni, ubi id audierunt, edixerunt ne quis in balneis lavisse vellet, cum magistratus Romanus ibi esset. Ferentini ob

¹ *O.R.F.*, p. 236, Meyer².

on the via Laurentina, and on it was inscribed the number of her children, as I have given it.

III

A collection of famous passages from the speeches of Gaius Gracchus, Marcus Cicero and Marcus Cato, and a comparison of them.

GAIUS GRACCHUS is regarded as a powerful and vigorous speaker. No one disputes this. But how can one tolerate the opinion of some, that he was more impressive, more spirited and more fluent than Marcus Tullius? Indeed, I lately read the speech of Gaius Gracchus *On the Promulgation of Laws*, in which, with all the indignation of which he is master, he complains that Marcus Marius and other distinguished men of the Italian free-towns were unlawfully beaten with rods by magistrates of the Roman people.

His words on the subject are as follows:¹ "The consul lately came to Teanum Sidicinum. His wife said that she wished to bathe in the men's baths. Marcus Marius, the quaestor of Sidicinum, was instructed to send away the bathers from the baths. The wife tells her husband that the baths were not given up to her soon enough and that they were not sufficiently clean. Therefore a stake was planted in the forum and Marcus Marius, the most illustrious man of his city, was led to it. His clothing was stripped off, he was whipped with rods. The people of Cales, when they heard of this, passed a decree that no one should think of using the public baths when a Roman magistrate was in town. At Ferentinum, for the

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

eandem causam praetor noster quaestores arripi iussit; alter se de muro deiecit, alter pressus et virgis caesus est."

- 4 In tam atroci re ac tam misera atque maesta iniuriae publicae contestatione, ecquid est quod aut ampliter insigniterque aut lacrimose atque miseranter aut multa copiosaque invidia gravique et penetrabili querimonia dixerit? Brevitas sane et venustas et mundities orationis est, qualis haberi ferme in comoediarum festivitatibus solet.
- 5 Item Gracchus alio in loco ita dicit: "Quanta libido quantaque intemperantia sit hominum adolescentium, unum exemplum vobis ostendam. His annis paucis ex Asia missus est qui per id tempus magistratum non ceperat, homo adulescens pro legato. Is in lectica ferebatur. Ei obviam bubulcus de plebe Venusina advenit et per iocum, cum ignoraret qui ferretur, rogavit num mortuum ferrent. Ubi id audivit, lecticam iussit deponi, struppis, quibus lectica deligata erat, usque adeo verberari iussit, dum animam efflavit."
- 6 Haec quidem oratio super tam violento atque crudeli facinore nihil profecto abest a cotidianis
7 sermonibus. At cum in simili causa aput M. Tullium cives Romani, innocentes viri, contra ius contraque leges virgis caeduntur aut supplicio extremo necantur, quae ibi tunc miseratio! quae comploratio! quae totius rei sub oculos subiectio! quod et quale invidiae
8 atque acerbitatis fretum effervescit! Animum hercle

¹ *O.R.F.*, p. 236, Meyer ²

same reason, our praetor ordered the quaestors to be arrested; one threw himself from the wall, the other was caught and beaten with rods."

In speaking of such an atrocious action, in so lamentable and distressing a manifestation of public injustice, has he said anything either fluent or brilliant, or in such a way as to arouse tears and pity; is there anything that shows an outpouring of indignation and solemn and impressive remonstrance? Brevity there is, to be sure, grace, and a simple purity of expression, such as we sometimes have in the more refined of the comedies.

Gracchus also in another place speaks as follows:¹ "I will give you a single example of the lawlessness of our young men, and of their entire lack of self-control. Within the last few years a young man who had not yet held a magisterial office was sent as an envoy from Asia. He was carried in a litter. A herdsman, one of the peasants of Venusia, met him, and not knowing whom they were bearing, asked in jest if they were carrying a corpse. Upon hearing this, the young man ordered that the litter be set down and that the peasant be beaten to death with the thongs by which it was fastened."

Now these words about so lawless and cruel an outrage do not differ in the least from those of ordinary conversation. But in Marcus Tullius, when in a similar case Roman citizens, innocent men, are beaten with rods contrary to justice and contrary to the laws, or tortured to death, what pity is then aroused! What complaints does he utter! How he brings the whole scene before our eyes! What a mighty surge of indignation and bitterness comes seething forth! By Heaven! when I read those

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

meum, cum illa M. Ciceronis lego, imago quaedam et sonus verberum et vocum et eiulationum circum-
 9 plectitur; velut sunt ista quae de C. Verre dicit, quae nos, ut in praesens potuimus, quantum memoria subpeditabat, adscripsimus: "Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit. Ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat. Expectabant omnes quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset, cum repente hominem proripi atque in foro medio nudari
 10 ac deligari et virgas expediri iubet." Iam haec medius fidius sola verba: "nudari ac deligari et virgas expediri iubet" tanti motus horrorisque sunt, ut non narrari quae gesta sunt, sed rem geri prosus videas.

11 Gracchus autem non querentis neque implorantis, sed nuntiantis vicem: "Palus," inquit, "in foro destitutus est, vestimenta detracta sunt, virgis caesus
 12 est." Sed enim M. Cicero praeclare cum diutina repraesentatione, non "caesus est," sed "caedebatur," inquit, "virgis in medio foro Messanae civis Romanus, cum interea nullus gemitus, nulla vox illius miseri inter dolorem strepitumque¹ plagarum audiebatur, nisi haec: 'civis Romanus sum!' Hac² commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum cruciatumque a corpore deiecturum arbitrabatur."
 13 Complorationem deinde tam acerbae rei et odium in Verrem detestationemque aput civis Romanos inpense atque acriter atque inflammanter facit, cum haec dicit: "O nomen dulce libertatis! O ius

¹ crepitumque, γ, Cic.

² hac se, Cic.

¹ In *Verr.* ii. 5. 161.

² In *Verr.* ii. 5. 162.

³ *Id.* ii. 5. 163.

words of Cicero's, my mind is possessed with the sight and sound of blows, cries and lamentation. For example, the words which he speaks about Gaius Verres, which I have quoted so far as my memory went, which was all that I could do at present:¹ "The man himself came into the forum, blazing with wickedness and frenzy. His eyes burned, every feature of his face displayed cruelty. All were waiting to see to what ends he would go, or what he would do, when on a sudden he gave orders that the man be dragged forth, that he be stripped in the middle of the forum and bound, and that rods be brought." Now, so help me! the mere words "he ordered that he be stripped and bound, and rods brought" arouse such emotion and horror that you do not seem to hear the act described, but to see it acted before your face.

But Gracchus plays the part, not of one who complains or implores, but of a mere narrator: "A stake," he says, "was planted in the forum, his clothing was stripped off, he was beaten with rods." But Marcus Cicero, finely representing the idea of continued action, says,² not "he was beaten," but "a citizen of Rome was being beaten with rods in the middle of the forum at Messana, while in the meantime no groan, no sound was heard from that wretched man amid his torture and the resounding blows except these words, 'I am a Roman citizen.' By thus calling to mind his citizenship he hoped to avert all their stripes and free his body from torture." Then Cicero with vigour, spirit and fiery indignation complains of so cruel an outrage and inspires the Romans with hatred and detestation of Verres by these words:³ "O beloved name of liberty! O

eximium nostrae civitatis! O lex Porcia legesque Semproniae! O graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem haec¹ omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo qui beneficio populi Romani fasces ac secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur? Quid? cum ignes ardentisque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non leniebat,² ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu gemituque maximo commovebare?"

- 14 Haec M. Tullius atrociter, graviter, apte copiose-
 15 que miseratus est. Sed si quis est tam agresti aure ac tam hispida, quem lux ista et amoenitas orationis verborumque modificatio parum delectat, amat autem priora idcirco, quod incompta et brevia et non operosa, sed nativa quadam suavitate sunt quodque in his umbra et color quasi opacae vetustatis est, is, si quid iudicii habet, consideret in causa pari M. Catonis, antiquioris hominis, orationem, ad cuius vim
 16 et copiam Gracchus nec adspiravit. Intelleget, opinor, Catonem contentum eloquentia aetatis suae non fuisse et id iam tum facere voluisse quod Cicero
 17 postea perfecit. In eo namque libro qui *De Falsis Pugnis* inscriptus est ita de Q. Thermo conquestus est: "Dixit a decemviris parum bene sibi cibaria curata esse. Iussit vestimenta detrahi atque flagro

¹ Omitted by MSS. of Cic.

² inhibebat, Cic.

¹ ix, Jordan.

² The local magistrates.

eminent justice of our country! O Porcian and Sempronian laws! O authority of the tribunes, earnestly desired and finally restored to the Roman commons! Pray, have all these blessings fallen to this estate, that a Roman citizen, in a province of the Roman people, in a town of our allies, should be bound and flogged in the forum by one who derived the emblems of his power from the favour of the Roman people? What! when fire and hot irons and other tortures were applied, although your victim's bitter lamentation and piteous outcries did not affect you, were you not moved by the tears and loud groans even of the Roman citizens who were then present?"

These outrages Marcus Tullius bewailed bitterly and solemnly, in appropriate and eloquent terms. But if anyone has so rustic and so dull an ear that this brilliant and delightful speech and the harmonious arrangement of Cicero's words do not give him pleasure; if he prefers the earlier oration because it is unadorned, concise and unstudied, yet has a certain native charm, and because it has, so to say, a shade and colour of misty antiquity—let such a one, if he has any judgment at all, study the address in a similar case of Marcus Cato, a man of a still earlier time, to whose vigour and flow of language Gracchus could never hope to attain. He will realize, I think, that Cato was not content with the eloquence of his own time, but aspired to do even then what Cicero later accomplished. For in the speech which is entitled *On Sham Battles* he thus made complaint of Quintus Thermus:¹ "He said that his provisions had not been satisfactorily attended to by the decemvirs.² He ordered them to be stripped and scourged. The

caedi. Decemviros Bruttiani verberavere, videre multi mortales. Quis hanc contumeliam, quis hoc imperium, quis hanc servitutem ferre potest? Nemo hoc rex ausus est facere; eane fieri bonis, bono genere gnatis, boni consultis? Ubi societas? ubi fides maiorum? Insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam, inspectantibus popularibus suis atque multis mortalibus, te facere ausum esse? Set quantum luctum, quantum gemitum, quid lacrimarum, quantum fletum factum audivi! Servi iniurias nimis¹ aegre ferunt; quid illos, bono genere natos, magna virtute praeditos, opinamini animi habuisse atque habituros, dum vivent?"

- 18 Quod Cato dixit: "Bruttiani verberavere," ne
19 qui fortasse de "Bruttianis" requirat, id significat: Cum Hannibal Poenus cum exercitu in Italia esset et aliquot pugnas populus Romanus adversas pugnavisset, primi totius Italiae Bruttii ad Hannibalem desciverunt. Id Romani aegre passi, postquam Hannibal Italia decessit superatique Poeni sunt, Bruttios ignominiae causa non milites scribebant nec pro sociis habebant, sed magistratibus in provincias euntibus parere et praeministrare servorum vicem iusserunt. Itaque hi sequebantur magistratus, tamquam in scaenicis fabulis qui dicebantur "lorarii," et quos erant iussi vinciebant aut verberabant; quod autem ex Bruttiis erant, appellati sunt "Bruttiani."

¹ nimias, *Mommsen*.

¹ See § 18, below.

² The name *Bruttium* is of late origin

Bruttiani¹ scourged the decemvirs, many men saw it done. Who could endure such an insult, such tyranny, such slavery? No king has ever dared to act thus; shall such outrages be inflicted upon good men, born of a good family, and of good intentions? Where is the protection of our allies? Where is the honour of our forefathers? To think that you have dared to inflict signal wrongs, blows, lashes, stripes, these pains and tortures, accompanied with disgrace and extreme ignominy, since their fellow citizens and many other men looked on! But amid how great grief, what groans, what tears, what lamentations have I heard that this was done! Even slaves bitterly resent injustice; what feeling do you think that such men, sprung from good families, endowed with high character, had and will have so long as they live?"

When Cato said "the Bruttiani scourged them," lest haply anyone should inquire the meaning of *Bruttiani*, it is this: When Hannibal the Carthaginian was in Italy with his army, and the Romans had suffered several defeats, the Bruttii were the first people of all Italy to revolt to Hannibal. Angered at this, the Romans, after Hannibal left Italy and the Carthaginians were defeated, by way of ignominious punishment refused to enrol the Bruttii as soldiers or treat them as allies, but commanded them to serve the magistrates when they went to their provinces, and to perform the duties of slaves. Accordingly, they accompanied the magistrates in the capacity of those who are called "floggers" in the plays, and bound or scourged those whom they were ordered. And because they came from the land of the Bruttii² they were called *Bruttiani*.

IV

Quod P. Nigidius argutissime docuit nomina non positiva esse, sed naturalia.

- 1 NOMINA verbaque non positu fortuito, sed quadam
vi et ratione naturae facta esse, P. Nigidius in *Gram-*
maticis Commentariis docet, rem sane in philosophiae
2 disceptationibus celebrem. Quaeri enim solitum
apud philosophos, φύσει τὰ ὀνόματα sint ἢ θέσει. In
3 eam rem multa argumenta dicit, cur videri possint
verba esse naturalia magis quam arbitraria. Ex
4 quibus hoc visum est lepidum et festivum : “ ‘ Vos, ’ ”
inquit, “ cum dicimus, motu quodam oris conveniente
cum ipsius verbi demonstratione utimur et labeas
sensim primores emovemus ac spiritum atque animam
porro versum et ad eos quibuscum sermocinamur
intendimus. At contra cum dicimus ‘ nos, ’ neque
profuso intentoque flatu vocis neque proiectis labris
pronuntiamus, sed et spiritum et labeas quasi intra
nosmet ipsos coercemus. Hoc idem fit et in eo,
quod dicimus ‘ tu, ’ ‘ ego ’ et ‘ tibi ’ et ‘ mihi. ’ Nam
sicuti, cum adnuimus et abnuimus, motus quidam
ille vel capitis vel oculorum a natura rei quam signi-
ficat non abhorret, ita in his vocibus quasi gestus
quidam oris et spiritus naturalis est. Eadem ratio
est in Graecis quoque vocibus, quam esse in nostris
animadvertimus.”

IV

How Publius Nigidius with great cleverness showed that words are not arbitrary, but natural.

PUBLIUS NIGIDIUS in his *Grammatical Notes* shows that nouns and verbs were formed, not by a chance use, but by a certain power and design of nature, a subject very popular in the discussions of the philosophers; for they used to inquire whether words originate by "nature" or are man-made.¹ Nigidius employs many arguments to this end, to show that words appear to be natural rather than arbitrary. Among these the following seems particularly neat and ingenious²: "When we say *vos*, or 'you,'" says Nigidius, "we make a movement of the mouth suitable to the meaning of the word; for we gradually protrude the tips of our lips and direct the impulse of the breath towards those with whom we are speaking. But on the other hand, when we say *nos*, or 'us,' we do not pronounce the word with a powerful forward impulse of the voice, nor with the lips protruded, but we restrain our breath and our lips, so to speak, within ourselves. The same thing happens in the words *tu* or 'thou,' *ego* or 'I,' *tibi* 'to thee,' and *mihi* 'to me.' For just as when we assent or dissent, a movement of the head or eyes corresponds with the nature of the expression, so too in the pronunciation of these words there is a kind of natural gesture made with the mouth and breath. The same principle that we have noted in our own speech applies also to Greek words."

¹ That is, whether language is a natural growth or a conscious product.

² Fr. 41, Swoboda.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

V

“Avarus” simplexne vocabulum sit, an compositum et duplex, sicut P. Nigidio videtur.

- 1 “AVARUS” non simplex vocabulum, sed iunctum copulatumque esse P. Nigidius dicit in *Commentariorum* undetricesimo. “‘Avarus’ enim,” inquit, “appellatur, qui ‘avidus aeris’ est. Sed in ea
2 copula e littera,” inquit, “detrita est.” Item “locupletem” dictum ait ex compositis vocibus, qui “pleraque loca,” hoc est qui multas possessiones teneret.
- 3 Sed probabilius id firmissime est, quod de “locuplete” dixit. Nam de “avaro” ambigitur; cur enim non videri possit ab uno solum verbo inclinatum, quod est “aveo,” eademque esse fictura qua est “amarus,” de quo nihil dici potest quin duplex non sit?

VI

Multam dictam esse ab aedilibus plebei Appi Caeci filiae, mulieri nobili, quod locuta esset petulantius.

- 1 Non in facta modo, sed in voces etiam petulantiores publice vindicatum est; ita enim debere esse
2 visa est Romanae disciplinae dignitas inviolabilis. Appi namque illius Caeci filia, a ludis quos specta-

¹ Fr. 42, Swoboda.

² *Id.* fr. 44.

³ The derivation from *locus* and the root *ple-* (of *pleo*, *plenus*, etc.) seems to be correct.

V

Whether *avarus* is a simple word or, as it appears to Publius Nigidius, a compound, made up of two parts.

PUBLIUS NIGIDIUS, in the twenty-ninth book of his *Commentaries*,¹ declares that *avarus* is not a simple word, but is compounded of two parts: "For that man," he says, "is called *avarus*, or 'covetous,' who is *avidus aeris*, or 'eager for money;' but in the compound the letter *e* is lost." He also says² that a man is called by the compound term *locuples*, or "rich," when he holds *pleraque loca*, that is to say, "many possessions."³

But his statement about *locuples* is the stronger and more probable. As to *avarus* there is doubt; for why may it not seem to be derived from one single word, namely *aveo*,⁴ and formed in the same way as *amarus*, about which there is general agreement that it is not a compound?

VI

That a fine was imposed by the plebeian aediles on the daughter of Appius Caecus, a woman of rank, because she spoke too arrogantly.

PUBLIC punishment was formerly inflicted, not only upon crimes, but even upon arrogant language; so necessary did men think it to maintain the dignity of Roman conduct inviolable. For the daughter of the celebrated Appius Caecus, when leaving the plays of

⁴ This is, of course, the accepted etymology. The derivation of *amarus* is uncertain; it is perhaps connected with Greek ἄμυρος, "raw" (cf. *crudus* and *crudelis*). Sanscrit āma-s.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

verat exiens, turba undique confluentis fluctuantisque populi iactata est. Atque inde egressa, cum se male habitam doleret:¹ "Quid me nunc factum esset," inquit, "quantoque artius pressiusque conflictata essem, si P. Claudius, frater meus, navali proelio classem navium cum ingenti civium numero non perdidisset? Certe quidem maiore nunc copia populi oppressa intercidissem. Sed utinam," inquit, "reviviscat frater aliamque classem in Siciliam ducat atque istam multitudinem perditum eat, quae
3 me nunc male miseram convexavit!" Ob haec mulieris verba tam inproba ac tam incivilia C. Fundanius et Tiberius Sempronius, aediles plebei, multam dixerunt ei aeris gravis viginti quinque
4 milia. Id factum esse dicit Capito Ateius in commentario *De Iudiciis Publicis* bello Poenico primo, Fabio Licino et Otacilio Crasso consulibus.

VII

Fluminum, quae ultra imperium Romanum fluunt, prima magnitudine esse Nilum, secunda Histrum, proxima Rodanum, sicuti M. Varronem memini scribere.

- 1 OMNIUM fluminum quae in maria qua imperium Romanum est fluunt, quam Graeci τὴν εἴσω θάλασσαν

¹ doleret suggested by Hosius; diceret, MSS.

¹ In 249 B.C. He was warned not to fight by the refusal of the sacred chickens to eat; but he threw them overboard, saying that they might drink, since they would not eat. See Suet. *Tib.* ii. 2.

² The two plebeian aediles were first appointed with the tribunes of the commons in 494 B.C. (see xvii. 21. 11), and the designation *plebei* or *plebi* was perhaps not added until the

which she had been a spectator, was jostled by the crowd of people that surrounded her, flocking together from all sides. When she had extricated herself, complaining that she had been roughly handled, she added: "What, pray, would have become of me, and how much more should I have been crowded and pressed upon, had not my brother Publius Claudius lost his fleet in the sea-fight and with it a vast number of citizens?"¹ Surely I should have lost my life, overwhelmed by a still greater mass of people. How I wish," said she, "that my brother might come to life again, take another fleet to Sicily, and destroy that crowd which has just knocked poor me about." Because of such wicked and arrogant words, Gaius Fundanius and Tiberius Sempronius, the plebeian aediles,² imposed a fine upon the woman of twenty-five thousand pounds of full-weight bronze.³ Ateius Capito, in his commentary *On Public Trials*, says⁴ that this happened in the first Punic war, in the consulship of Fabius Licinus and Otacilius Crassus.⁵

VII

Marcus Varro, I remember, writes that of the rivers which flow outside⁶ the limits of the Roman empire the Nile is first in size, the Danube second, and next the Rhone.

OF all the rivers which flow into the seas included within the Roman empire, which the Greeks call

appointment of two curule aediles in 388 B.C. They were assistants to the tribunes, but also had the right of independent action, as here. Julius Caesar added two *aediles curiales*; Suet. *Jul.* xli. 1.

¹ *Aes gravis* or *aes libralis* refers to the old coinage, when the *as* was equal to a pound of copper or bronze.

² Fr. 2, Huschke; 2 Bremer (ii, p. 284).

³ 246 B.C.

⁴ This was true in Varro's time.

- appellant, maximum esse Nilum consentitur. Proxima magnitudine esse Histrum scripsit Sallustius.
- 2 Varro autem cum de parte orbis quae Europa dicitur dissereret, in tribus primis eius terrae fluminibus Rodanum esse ponit, per quod videtur eum facere Histro aemulum. Histros enim quoque in Europa fuit.

VIII

Inter ignominias militares quibus milites exercebantur, fuisse sanguinis dimissionem; et quaenam esse videatur causa huiuscemodi castigationis.

- 1 FUIT haec quoque antiquitus militaris animadversio, iubere ignominiae causa militi venam solvi et
- 2 sanguinem dimitti. Cuius rei ratio in litteris veteribus, quas equidem invenire potui, non extat; sed opinor factum hoc primitus in militibus stupentis animi et a naturali habitu declinatis, ut non tam
- 3 poena quam medicina videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta idem factitatum esse credo per consuetudinem, quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent.

IX

Quibus modis quoque habitu acies Romana instrui solita sit, quaeque earum instructionum sint vocabula.

- 1 VOCABULA sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: "frons," "subsidia,"

¹ *Hist.* iii. 80, Maur.

² *Ant. Hum.* xiii, fr. 6, Mirsch.

³ Muretus, *Var. Lect.* xiii, p. 199, thought it was in order

“the inner sea,” it is agreed that the Nile is the greatest. Sallust wrote¹ that the Danube is next in size; but Varro, when he discussed the part of the earth which is called Europe, placed² the Rhone among the first three rivers of that quarter of the earth, by which he seems to make it a rival of the Danube; for the Danube also is in Europe.

VIII

That among the ignominious punishments which were inflicted upon soldiers was the letting of blood; and what seems to be the reason for such a penalty.

THIS also was a military punishment in old times, to disgrace a soldier by ordering a vein to be opened, and letting blood. There is no reason assigned for this in the old records, so far as I could find; but I infer that it was first done to soldiers whose minds were affected and who were not in a normal condition, so that it appears to have been not so much a punishment as a medical treatment. But afterwards I suppose that the same penalty was customarily inflicted for many other offences, on the ground that all who sinned were not of sound mind.³

IX

In what way and in what form the Roman army is commonly drawn up, and the names of the formations.

THERE are military terms which are applied to an army drawn up in a certain manner: “the front,”

that they might lose with ignominy the blood which they had been unwilling to shed for their country.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

“cuneus,” “orbis,” “globus,” “forfices,” “serra,”
2 “alae,” “turres.” Haec et quaedam item alia in-
venire est in libris eorum qui de militari disciplina
3 scripserunt. Tralata autem sunt ab ipsis rebus quae
ita proprie nominantur, earumque rerum in acie
instruenda sui cuiusque vocabuli imagines osten-
duntur.

X

Quae eius rei causa sit, quod et Graeci veteres et Romani
anulum hoc digito gestaverint qui est in manu sinistra
minimo proximus.

1 VETERES GRAECOS anulum habuisse in digito acce-
pimus sinistrae manus qui minimo est proximus.
Romanos quoque homines aiunt sic plerumque anulis
2 usitatos. Causam esse huius rei Apion in libris
Aegyptiacis hanc dicit, quod insectis apertisque
humanis corporibus, ut mos in Aegypto fuit, quas
Graeci *ἀνατομάς* appellant, repertum est nervum
quendam tenuissimum ab eo uno digito de quo dixi-
mus, ad cor hominis pergere ac pervenire ; propterea
non inscitum visum esse eum potissimum digitum
tali honore decorandum, qui continens et quasi
conexus esse cum principatu cordis videretur.

“reserves,” “wedge,” “ring,” “mass,” “shears,” “saw,” “wings,” “towers.”¹ These and some other terms you may find in the books of those who have written about military affairs. However, they are taken from the things themselves to which the names are strictly applied, and in drawing up an army the forms of the objects designated by each of these words is represented.

X

The reason why the ancient Greeks and Romans wore a ring on the next to the little finger of the left hand.

I HAVE heard that the ancient Greeks wore a ring on the finger of the left hand which is next to the little finger. They say, too, that the Roman men commonly wore their rings in that way. Apion in his *Egyptian History* says² that the reason for this practice is, that upon cutting into and opening human bodies, a custom in Egypt which the Greeks call *ἀνατομαί*, or “dissection,” it was found that a very fine nerve proceeded from that finger alone of which we have spoken, and made its way to the human heart; that it therefore seemed quite reasonable that this finger in particular should be honoured with such an ornament, since it seems to be joined, and as it were united, with that supreme organ, the heart.

¹ The *globus* was a detached body of troops, *qui a sua acie separatus incursat*. The *forfex* or *forceps* was arranged in the form of a letter V, to take in the enemy's wedge (*cuneus*) and attack it on both sides (Veget. iii. 19). The *serra* was a constant advance and retreat, corresponding to the motion of a saw (Paul.-Fest. p. 467, Linds.). The *turris* was probably a kind of square formation for attack.

² *F.H.G.* iii. 511.

XI

Verbum "mature" quid significet quaeque vocis eius ratio sit; et quod eo verbo vulgus hominum inproprie utitur; atque inibi, quod "praecox" declinatum "praecocis" facit, non "praecoquis."

- 1 "MATURE" nunc significat "propere" et "cito" contra ipsius verbi sententiam; aliud enim est
- 2 "mature" quam dicitur. Propterea P. Nigidius, homo in omnium bonarum artium disciplinis egregius: "'Mature,'" inquit, "est, quod neque citius est neque serius, sed medium quiddam et temperatum est."
- 3 Bene atque proprie P. Nigidius. Nam et in frugibus et in pomis "matura" dicuntur, quae neque cruda et inmitia sunt neque caduca et decocta, sed
- 4 tempore suo adulta maturataque. Quoniam autem id quod non segniter fiebat, "mature" fieri dicebatur, progressa plurimum verbi significatione, non iam, quod non segnius, sed quod festinantius fit, id fieri "mature" dicitur, quando ea quae praeter sui temporis modum properata sunt "inmatura" verius dicantur.
- 5 Illud vero Nigidianum rei atque verbi temperamentum divos Augustus duobus Graecis verbis elegantissime exprimebat. Nam et dicere in sermonibus et scribere in epistulis solitum esse aiunt $\sigma\pi\epsilon\upsilon\delta\epsilon$ $\beta\rho\alpha\delta\acute{\epsilon}\omega\varsigma$, per quod monebat ut ad rem agendam simul adhiberetur et industriae celeritas et diligentiae tarditas, ex quibus duobus contrariis fit
- 6 "maturitas." Vergilius quoque, si quis animum

¹ Fr. 48, Swoboda.

² See Suetonius, *Aug.* xxv. 4. Hence the common *festina lente* and German *Eile mit Weile*.

XI

The derivation and meaning of the word *mature*, and that it is generally used improperly; and also that the genitive of *praecox* is *praecocis* and not *praecoquis*.

MATURE in present usage signifies "hastily" and "quickly," contrary to the true force of the word; for *mature* means quite a different thing. Therefore Publius Nigidius, a man eminent in the pursuit of all the liberal arts, says: ¹ "*Mature* means neither 'too soon' nor 'too late,' but something between the two and intermediate."

Publius Nigidius has spoken well and properly. For of grain and fruits those are called *matura*, or "mature," which are neither unripe and hard, nor falling and decayed, but full-grown and ripened in their proper time. But since that which was not done negligently was said to be done *mature*, the force of the word has been greatly extended, and an act is now said to be done *mature* which is done with some haste, and not one which is done without negligence; whereas such things as are immoderately hastened are more properly called *inmatura*, or "untimely."

That limitation of the word, and of the action itself, which was made by Nigidius was very elegantly expressed by the deified Augustus with two Greek words; for we are told that he used to say in conversation, and write in his letters, *σπεῦδε βραδέως*, that is, "make haste slowly," ² by which he recommended that to accomplish a result we should use at once the promptness of energy and the delay of carefulness, and it is from these two opposite qualities that *maturitas* springs. Virgil also, to one

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

adtentat, duo ista verba "properare" et "maturare" tamquam plane contraria scitissime separavit in hisce versibus:

Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quae mox caelo properanda sereno,
Maturare datur.

- 7 Elegantissime duo verba ista divisit; namque in praeparatu rei rusticae per tempestates pluvias, quoniam otium est, "maturari" potest; per serenas, quoniam tempus instat, "properari" necessum est.
- 8 Cum significandum autem est coactius quid factum et festinantius, tum rectius "praemature" factum id dicitur quam "mature," sicuti Afranius dixit in togata, cui *Titulus* nomen est:

Adpetis dominatum demens praemature praecocem,

- 9 in quo versu animadvertendum est quod "praecocem" inquit, non "praecoquem"; est enim casus eius rectus non "praecoquis," sed "praecox."

XII

De portentis fabularum quae Plinius Secundus indignissime in Democritum philosophum confert; et ibidem de simulacro volucris columbae.

- 1 LIBRUM esse Democriti, nobilissimi philosophorum, *De Vi et Natura Chamaeleontis* eumque se legisse

¹ *Georg.* i. 259 ff. ; Dryden's translation.

who is observant, has skilfully distinguished the two words *properare* and *maturare* as clearly opposite, in these verses :¹

Whenever winter's rains the hind confine,
 Much is there that at leisure may be done
 (*maturare*),
 Which in fair weather he must hurry on
 (*properanda*).

Most elegantly has he distinguished between those two words; for in rural life the preparations during rainy weather may be made at leisure, since one has time for them; but in fine weather, since time presses, one must hasten.

But when we wish to indicate that anything has been done under too great pressure and too hurriedly, then it is more properly said to have been done *praemature*, or "prematurely," than *mature*. Thus Afranius in his Italian play called *The Title* says :²

With madness premature (*praemature*) you seek
 a hasty power.

In this verse it is to be observed that he says *praecocem* and not *praecoquem*; for the nominative case is not *praecoquis*, but *praecox*.

XII

Of extravagant tales which Plinius Secundus most unjustly ascribes to the philosopher Democritus; and also about the flying image of a dove.

PLINY THE ELDER, in the twenty-eighth book of his *Natural History* asserts³ that there is a book of that

¹ ii, 335 Ribbeck.³

² xxviii. 112.

- Plinius Secundus in *Naturalis Historiae* vicesimo octavo refert, multaque vana atque intoleranda auribus deinde quasi a Democrito scripta tradit, ex quibus pauca haec inviti meminimus, quia pertaesum
- 2 est : accipitrem avium rapidissimum a chamaeleonte humi reptante, si eum forte supervolet, detrahi et cadere vi quadam in terram ceterisque avibus¹
- 3 laniandum sponte sua obiicere sese et dedere. Item aliud ultra humanam fidem : caput et collum² chamaeleontis si uratur ligno quod appellatur "robur," imbres et tonitrus fieri derepente, idque ipsum usu venire, si iecur eiusdem animalis in summis tegulis
- 4 uratur. Item aliud, quod hercle an ponerem dubitavi, ita est deridiculae vanitatis, nisi idcirco plane posui quod oportuit nos dicere quid de istiusmodi admirationum fallaci inlecebra sentiremus, qua plerumque capiuntur et ad perniciem elabuntur ingenia maxime sollertia, eaque potissimum quae discendi cupidiora sunt. Sed redeo ad Plinium.
- 5 Sinistrum pedem ait chamaeleontis ferro ex igni calefacto torrer³ cum herba, quae appellatur eodem nomine chamaeleontis, et utrumque macerari unguento conligique in modum pastilli atque in vas mitti ligneum et eum qui id vas ferat, etiamsi is in medio palam versetur, a nullo videri posse.
- 6 His portentis atque praestigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto ;
- 7 vel illud quale est quod idem Plinius in decimo

¹ animalibus, *Plin.*² guttur, *Plin.*³ torrer³ in furno, *Plin.*¹ xxviii. 115.² x. 137.

most famous philosopher Democritus *On the Power and Nature of the Chameleon*, and that he had read it; and then he transmits to us many foolish and intolerable absurdities, alleging that they were written by Democritus. Of these unwillingly, since they disgust me, I recall a few, as follows: that the hawk, the swiftest of all birds, if it chance to fly over a chameleon which is crawling on the ground, is dragged down and falls through some force to the earth, and offers and gives itself up of its own accord to be torn to pieces by the other birds. Another statement too is past human belief, namely, that if the head and neck of the chameleon be burned by means of the wood which is called oak, rain and thunder are suddenly produced, and that this same thing is experienced if the liver of that animal is burned upon the roof of a house. There is also another story, which by heaven! I hesitated about putting down, so preposterous is it; but I have made it a rule that we ought to speak our mind about the fallacious seduction of marvels of that kind, by which the keenest minds are often deceived and led to their ruin, and in particular those which are especially eager for knowledge. But I return to Pliny. He says¹ that the left foot of the chameleon is roasted with an iron heated in the fire, along with an herb called by the same name, "chameleon"; both are mixed in an ointment, formed into a paste, and put in a wooden vessel. He who carries the vessel, even if he go openly amid a throng, can be seen by no one.

I think that these marvellous and false stories written by Plinius Secundus are not worthy of the name of Democritus; the same is true of what the same Pliny, in his tenth book, asserts² that Demo-

libro Democritum scripsisse adseverat, aves quasdam esse certis vocabulis et earum avium confuso sanguine gigni serpentem; eum qui¹ ederit linguas avium et colloquia interpretaturum.

- 8 Multa autem videntur ab hominibus istis male
sollertibus huiuscemodi commenta in Democriti
nomen data, nobilitatis auctoritatisque eius per fugio
9 utentibus. Sed id quod Archytam Pythagoricum
commentum esse atque fecisse traditur, neque minus
admirabile neque tamen vanum aeque videri debet.
Nam et plerique nobilium Graecorum et Favorinus
philosophus, memoriarum veterum exequentissimus,
affirmatissime scripserunt simulacrum columbae e
ligno ab Archyta ratione quadam disciplinaque
mechanica factum volasse; ita erat scilicet libra-
mentis suspensum et aura spiritus inclusa atque
10 occulta concitum. Libet hercle super re tam
abhorrenti a fide ipsius Favorini verba ponere:
'Αρχύτας Ταραντίνος, τὰ ἄλλα καὶ μηχανικὸς ὢν, ἐποίησεν
περιστερὰν ξυλίνην πετομένην· ὁπότε καθίσειεν, οὐκέτι
ἀνίστατο. μέχρι γὰρ τούτου ***

XIII

“Cum partim hominum” qua ratione veteres dixerint.

- 1 “PARTIM hominum venerunt” plerumque dicitur,
quod significat “pars hominum venit,” id est “quidam
homines.” Nam “partim” hoc in loco adverbium
est neque in casus inclinatur, sicuti “cum partim
hominum” dici potest, id est cum quibusdam homi-

¹ quisquis, *Plin.*

critus wrote; namely, that there were certain birds with a language of their own, and that by mixing the blood of those birds a serpent was produced; that whoso ate it would understand the language of birds and their conversation.

Many fictions of this kind seem to have been attached to the name of Democritus by ignorant men, who sheltered themselves under his reputation and authority. But that which Archytas the Pythagorean is said to have devised and accomplished ought to seem no less marvellous, but yet not wholly absurd. For not only many eminent Greeks, but also the philosopher Favorinus, a most diligent searcher of ancient records, have stated most positively that Archytas made a wooden model of a dove with such mechanical ingenuity and art that it flew; so nicely balanced was it, you see, with weights and moved by a current of air enclosed and hidden within it. About so improbable a story I prefer to give Favorinus' own words: "Archytas the Tarentine, being in other lines also a mechanician, made a flying dove out of wood. Whenever it lit, it did not rise again. For until this" ¹

XIII

On what principle the ancients said *cum partim hominum*.

PARTIM hominum venerunt is a common expression, meaning "a part of the men came," that is, "some men." For *partim* is here an adverb and is not declined by cases. Hence we may say *cum partim hominum*, that is, "with some men" or "with a certain

¹ There is a lacuna and the sense is uncertain.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 2 nibus et quasi cum quadam parte hominum. M. Cato in oratione *De Re Floria* ita scripsit: "Ibi pro scorto fuit, in cubiculum subrectitavit¹ e convivio, cum partim illorum iam saepe ad eundem modum
3 erat." Imperitiores autem "cum parti" legunt, tamquam declinatum sit quasi vocabulum, non dictum quasi adverbium.
- 4 Sed Q. Claudius in vicesimo primo *Annali* insolentius paulo hac figura est ita usus: "Enim cum partim copiis hominum adolescentium placentem² sibi." Itemque Claudi in vicesimo tertio *Annali* verba haec sunt: "Sed idcirco me fecisse, quod utrum negligentia partim magistratum³ an avaritia an calamitate populi Romani evenisse dicam, nescio."

XIV

"Iniuria mihi factum itur" quali verborum ordine Cato dixerit.

- 1 AUDIO "illi iniuriam factum iri," audio "contumeliam dictum iri" vulgo quoque ita dici, vulgo et istam esse verborum figuram iam in medio lo-
2 quendi usu, idcircoque exemplis supersedeo. Sed "contumelia illi" vel "iniuria factum itur" paulo
3 est remotius, exemplum igitur ponemus. M. Cato

¹ subreptitavit, *early editors*.

² placent(i)um, *Lion*.

³ *For magistratum, which is read by Q.*

¹ p. 64. 8, Jordan.

part of the men." Marcus Cato, in his speech *On the property of Florius*, has written as follows:¹ "There she acted like a harlot, she went from the banquet straight to the couch and with a part of them (*cum partim illorum*) she often conducted herself in the same manner." The less educated, however, read *cum parti*, as if *partim* were declined as a noun, not used as an adverb.

But Quintus Claudius, in the twenty-first book of his *Annals*, has used this figure in a somewhat less usual manner; he says: "For with the part of the forces (*cum partim copiis*) of young men that was pleasing to him."² Also in the twenty-third book of the *Annals* of Claudius are these words:³ "But that I therefore acted thus, but whether to say that it happened from the negligence of a part of the magistrates (*neglegentia partim magistratum*), from avarice, or from the calamity of the Roman people, I know not."

XIV

In what connection Cato said *iniuria mihi factum itur*.

I HEAR the phrase *illi iniuriam factum iri*, or "injury will be done to him," I hear *contumeliam dictum iri*, or "insult will be offered," commonly so used everywhere, and I notice that this form of expression is a general one; I therefore refrain from citing examples. But *contumelia illi* or *iniuria factum itur*, "injury or insult is going to be offered him," is somewhat less common, and therefore I shall give an example of that. Marcus Cato, speaking *For Himself against*

¹ Fr. 87, Peter. The passage is corrupt and unintelligible.

² Fr. 89, Peter.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Pro Se contra C. Cassium : “ Atque evenit ita, Quirites, uti in hac contumelia quae mihi per huiusce petulantiam factum itur, rei quoque publicae medius
4 fidius miserear, Quirites.” Sicut autem “ contumeliam factum iri ” significat iri ad contumeliam faciendam, id est operam dari quo fiat, ita “ contumelia mihi factum itur ” casu tantum inmutato idem dicit.

XV

De flaminis Dialis deque flaminicae caerimonis; verbaque ex edicto praetoris apposita, quibus dicit non coacturum se ad iurandum neque virgines Vestae neque Dialem.

1 CAERIMONIAE impositae flamini Diali multae, item
castus multiplices, quos in libris qui *De Sacerdotibus Publicis* compositi sunt, item in Fabii Pictoris libro-
2 rum primo scriptos legimus. Unde haec ferme sunt,
3 quae commemoramus: Equo Dialem flaminem vehi
4 religio est; item religio est¹ “ classem procinctam ”
extra pomerium, id est exercitum armatum, videre; idcirco rarer flamen Dialis creatus consul est, cum
5 bella consulibus mandabantur? item iurare Dialem
6 fas numquam est; item anulo uti nisi pervio cassoque
7 fas non est. Ignem e “ flaminia,” id est flaminis

¹ item . . . est, added by Hertz.

¹ p. 63. 6, Jordan.

² The *flamen* was the special priest of an individual deity. There were three *flamines maiores*—of Jupiter (*Dialis*), Mars and Quirinus—and twelve *flamines minores*. For “ taboos ” imposed on priests see Frazer, *Golden Bough*, ch. 2.

³ Fr. 19, 24, 35, 46, R. Peter; fr. 3, Huschke; *id.* Bremer (i, p. 10).

⁴ *Classis* originally meant one of the classes into which the

Gaius Cassius, says:¹ “And so it happened, fellow citizens, that in this insult which is going to be put upon me (*quae mihi factum itur*) by the insolence of this man I also, fellow citizens (so help me!), pity our country.” But just as *contumeliam factum iri* means “to go to inflict an injury,” that is, to take pains that it be inflicted, just so *contumelia mihi factum itur* expresses the same idea, merely with a change of case.

XV

Of the ceremonies of the priest and priestess of Jupiter; and words quoted from the praetor’s edict, in which he declares that he will not compel either the Vestal virgins or the priest of Jupiter to take oath.

CEREMONIES in great number are imposed upon the priest of Jupiter² and also many abstentions, of which we read in the books written *On the Public Priests*; and they are also recorded in the first book of *Fabius Pictor*.³ Of these the following are in general what I remember: It is unlawful for the priest of Jupiter to ride upon a horse; it is also unlawful for him to see the “classes⁴ arrayed” outside the pomerium,⁵ that is, the army in battle array; hence the priest of Jupiter is rarely made consul, since wars were entrusted to the consuls; also it is always unlawful for the priest to take an oath; likewise to wear a ring, unless it be perforated and without a gem. It is against the law for fire to be taken from the *flaminia*, that is, from the home of the flamen

citizens were divided by the Servian constitution, then, collectively, the army composed of the classes.

⁵ The pomerium was the religious boundary of the city; see xiii. 14.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

8 Dialis domo, nisi¹ sacrum efferri ius non est; vinc-
 tum, si aedes eius introierit, solvi necessum est et
 vincula per impluvium in tegulas subduci atque inde
 9 foras in viam demitti. Nodum in apice neque in
 10 cinctu neque in alia parte ullum habet; si quis ad
 verberandum ducatur, si ad pedes eius supplex pro-
 11 cubuerit, eo die verberari piaculum est. Capillum
 12 Dialis, nisi qui liber homo est, non detonsset. Capram
 et carnem incoctam et hederam et fabam neque tan-
 13 gere Diali mos est neque nominare. Propagines e
 14 vitibus altius praetentas non succedit. Pedes lecti,
 in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet et
 de eo lecto trinoctium continuum non decubat neque
 in eo lecto cubare alium fas est. Apud eius lecti
 fulcrum capsulam esse cum strue atque ferto oportet.
 15 Unguium Dialis et capilli segmina subter arborem
 16 felicem terra operiuntur. Dialis cotidie feriatu est.
 17 Sine apice sub divo esse licitum non est; sub tecto
 uti liceret, non pridem a pontificibus constitutum,
 18 Masurius Sabinus scripsit et alia quaedam remissa
 gratiaque aliquot caerimoniarum facta dicitur.
 19 Farinam fermento inbutam adtingere ei fas non
 20 est. Tunica intima, nisi in locis tectis, non exiit se,
 ne sub caelo, tamquam sub oculis Iovis, nudus sit.
 21 Super flaminem Dialem in convivio, nisi rex sacri-
 22 ficulus, haut quisquam alius accumbit. Uxorem si

¹ nisi in, *Lipsius*.

¹ The opening in the roof of the *atrium* or main room of a Roman house.

² Fr. 28, Huschke; *Memor.* 16, Bremer (ii, p. 372).

³ The priest who succeeded the kings, after their expulsion, in presiding over the sacrifices. Although he nominally out-

Dialis, except for a sacred rite; if a person in fetters enter his house, he must be loosed, the bonds must be drawn up through the *impluvium*¹ to the roof and from there let down into the street. He has no knot in his head-dress, girdle, or any other part of his dress; if anyone is being taken to be flogged and falls at his feet as a suppliant, it is unlawful for the man to be flogged on that day. Only a free man may cut the hair of the Dialis. It is not customary for the Dialis to touch, or even name, a she-goat, raw flesh, ivy, and beans.

- 1 TELORUM, iaculorum gladiatorumque vocabula quae in historiis veteribus scripta sunt, item navigiorum genera et nomina, libitum forte nobis est sedentibus in reda conquirere, ne quid malarum¹ ineptiarum vacantem stupentemque animum occuparet. Quae tum igitur suppetierant, haec sunt: hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gaesa, lancea, spari, rumices, trifaces, tragulae, frameae, mesanculae, cateiae, rumpiae, scorpii, sibones, siciles, veruta, enses, sicae, macherae, spathae, lingulae, pugiones, clunacula.
- 2 De "lingula," quoniam est minus frequens, admonendum existimo, lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naevius in tragoedia *Hesiona*. Versum Naevi apposui:

Sine mi gerere morem videar lingua, verum
lingula.

- 3 Item "rumpia" genus teli est Thraecae nationis, positumque hoc vocabulum in Quinti Enni *Annalium* XIV.

¹ malarum, *Skutsch*; aliarum, *ω*.

¹ See McCartney, *Figurative Use of Animal Names*, p. 47.

² Fr. 1, Ribbeck², who gives the title as *Aesiona*. There is of course a word-play on *lingula*.

Therefore the distinction will be found to be, that we use *die quarto* of the past, but *diequarte* of the future.

XXV

The names of certain weapons, darts and swords, and also of boats and ships, which are found in the books of the early writers.

ONCE upon a time, when I was riding in a carriage, to keep my mind from being dull and unoccupied and a prey to worthless trifles, it chanced to occur to me to try to recall the names of weapons, darts and swords which are found in the early histories, and also the various kinds of boats and their names. Those, then, of the former that came to mind at the time are the following: spear, pike, fire-pike, half-pike, iron bolt, Gallic spear, lance, hunting-darts, javelins, long bolts, barbed-javelins, German spears, thonged-javelin, Gallic bolt, broadswords, poisoned arrows,¹ Illyrian hunting-spears, cimeters, darts, swords, daggers, broadswords, double-edged swords, small-swords, poniards, cleavers.

Of the *lingula*, or "little tongue," since it is less common, I think I ought to say that the ancients applied that term to an oblong small-sword, made in the form of a tongue; it is mentioned by Naevius in his tragedy *Hesione*. I quote the line:²

Pray let me seem to please you with my tongue,
But with my little tongue (*lingula*).

The *rumpia* too is a kind of weapon of the Thracian people, and the word occurs in the fourteenth book of the *Annals* of Quintus Ennius.³

¹ *Ann.* 390, Vahlen²; cf. Livy xxxi. 39. 11.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 Navium autem, quas reminisci tunc potuimus, appellationes hae sunt: gauli, corbitae, caudicae, longae, hippagines, cercuri, celoces vel, ut Graeci dicunt, κέλητες, lembi, oriae, lenunculi, actuariae, quas Graeci ἰστιοκώπους vocant vel ἐπακτρίδας, prosumiae vel geseoretæ vel oriolæ, stlattæ, scaphæ, pontones, vetutiae moediae, phaseli, parones, myoparones, lintres, caupuli, camaræ, placidæ, cydarum, ratariæ, catascopium.

XXVI

Inscite ab Asinio Pollione reprehensum Sellustium, quod transfretationem "transgressum" dixerit, et "transgressos" qui transfretassent.

- 1 ASINIO POLLIONI in quadam epistula, quam ad Plancum scripsit, et quibusdam aliis C. Sallusti iniquis, dignum nota visum est, quod in primo *Historiarum* maris transitum transmissumque navibus factum "transgressum" appellavit eosque, qui fretum transmiserant, quos "transfretasse" dici solitum est,
2 "transgressos" dixit. Verba ipsa Sallusti posui: "Itaque Sertorius, levi praesidio relicto in Mauretania, nactus obscuram noctem, aestu secundo furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu
3 conatus est." Ac deinde infra ita scripsit: "Transgressos omnis recipit mons¹ praeceptus a Lusitanis."
4 Hoc igitur et minus proprie et ἀπερισκέπτως et nullo gravi auctore dictum aiunt. "Nam 'transgressus,'" inquit, "a transgrediendo dicitur idque ipsum

¹ mons Balleia, Serv. *Aen.* i. 518.

¹ Many of these names, both of weapons and ships, are most uncertain; for some no exact equivalent can be found.

The names of ships which I recalled at the time are these: merchant-ships, cargo-carriers, skiffs, war-ships, cavalry-transport, cutters, fast cruisers, or, as the Greeks call them, κέληρες, barques, smacks, sailing-skiffs, light galleys, which the Greeks call ιστιοκόποι or ἐπακτρίδες, scouting-boats, galliots, tenders, flat-boats, *vetutiae moediae*, yachts, pinnaces, long-galliots, scullers' boats, caupuls,¹ arks, fair-weather craft, pinks, lighters, spy-boats.

XXVI

That Asinius Pollio showed ignorance in criticizing Sallust because he used *transgressus* (crossing) for *transfretatio* (crossing the sea) and *transgressi* (those who had crossed) for *qui transfretaverant* (those who had crossed the sea).

ASINIUS POLLIO, in a letter which he addressed to Plancus, and certain others who were unfriendly to Gaius Sallustius, thought that Sallust deserved censure because in the first book of his *Histories* he called the crossing of the sea and a passage made in ships *transgressus*, using *transgressi* of those who had crossed the sea, for which the usual term is *transfretare*. I give Sallust's own words:² "Accordingly Sertorius, having left a small garrison in Mauretania and taking advantage of a dark night and a favourable tide, tried either by secrecy or speed to avoid a battle while crossing (*in transgressu*)." Then later he wrote:³ "When they had crossed (*transgressos*), a mountain which had been seized in advance by the Lusitanians gave them all shelter."

This, they say, is an improper and careless usage, supported by no adequate authority. "For *transgressus*," says Pollio, "comes from *transgredi*, 'to step

¹ *Hist.* i. 104, Maur.

² *ib.* i. 105.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 5 ab ingressu et a pedum gradu appellatum." Idcirco verbum "transgredi" convenire non putavit neque volantibus neque serpentibus neque navigantibus, sed his solis qui gradiuntur et pedibus iter emetiuntur. Propterea negant aput scriptorem idoneum aut navium "transgressum" reperiri posse aut pro transfretatione "transgressum."
- 6 Sed quaero ego, cur non, sicuti "cursus" navium recte dici solet,¹ ita "transgressus" etiam navibus factus dici possit. Praesertim cum brevitatis tam angusti fretus, qui terram Africam Hispaniamque interfluit, elegantissime "transgressionis" vocabulo,
- 7 quasi paucorum graduum spatium, definita sit. Qui auctoritatem autem requirunt et negant dictum "ingredi" "transgredi" ve in navigantibus, volo uti respondeant quantum existiment interesse "ingredi" atque "ambulare." Atqui Cato *De Re Rustica*:
- 8 "Fundus," inquit, "eo in loco habendus est, ut et² oppidum prope³ amplum sit et mare aut amnis, qua naves ambulant."
- 9 Appetitas porro huiuscemodi translationes habitasque esse pro honestamentis orationis, Lucretius quoque testimonium in hac eadem voce dicit. In quarto enim libro clamorem per arterias et per fauces "gradientem" dicit, quod est nimio confidentius quam illud de navibus Sallustianum. Versus Lucreti hi sunt:

Praeterea radit vox fauces saepe, facitque
Asperiora foras gradientis arteria clamor.

¹ solet, *Skutsch*; solent, *MSS.*

² fundus . . . ut et, *not in Cato.*

³ validum prope, *Cato.*

¹ i. 3.

² iv. 526.

across,' and this word itself refers to walking and stepping with the feet." Therefore Pollio thought that the verb *transgredi* did not apply to those who fly or creep or sail, but only to those who walk and measure the way with their feet. Hence they say that in no good writer can *transgressus* be found applied to ships, or as the equivalent of *transfretatio*.

But, since *cursus*, or "running," is often correctly used of ships, I ask why it is that ships may not be said to make a *transgressus*, especially since the small extent of the narrow strait which flows between Spain and the Afric land is most elegantly described by the word *transgressio*, as being a distance of only a few steps. But as to those who ask for authority and assert that *ingredi* or *transgredi* has not been used of sailing, I should like them to tell me how much difference they think there is between *ingredi*, or "march," and *ambulare*, or "walk." Yet Cato in his book *On Farming* says:¹ "A farm should be chosen in a situation where there is a large town near by and the sea, or a river where ships pass (*ambulant*)." Moreover Lucretius, by the use of this same expression, bears testimony that such figures are intentional and are regarded as ornaments of diction. For in his fourth book he speaks of a shout as "marching" (*gradientem*) through the windpipe and jaws, which is much bolder than the Sallustian expression about the ships. The lines of Lucretius are as follows:²

The voice besides doth often scrape the throat;
A shout forth marching (*gradiens*) doth make the
windpipe rough.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 10 Propterea Sallustius in eodem libro non eos solum qui navibus veherentur, sed et scaphas quoque nantes "progressas" dicit. Verba ipsa de scaphis posui: "Earum aliae paululum progressae nimio simul et incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur."

XXVII

Historia de populo Romano deque populo Poenico, quod pari propemodum vigore fuerint aemuli.

- 1 IN litteris veteribus memoria extat quod par quondam fuit vigor et acritudo amplitudoque populi
2 Romani atque Poeni. Neque inmerito aestimatum. Cum aliis quidem populis de uniuscuiusque republica, cum Poenis autem de omnium terrarum imperio decertatum.
3 Eius rei specimen est in illo utriusque populi verbo factoque: Q. Fabius, imperator Romanus, dedit ad Carthaginienses epistulam. Ibi scriptum fuit populum Romanum misisse ad eos hastam et caduceum, signa duo belli¹ aut pacis, ex quis utrum vellent eligere; quod elegissent, id unum ut esse missum
4 existimarent. Carthaginienses responderunt neutrum sese eligere, sed posse qui adtulissent utrum mallent relinquere; quod reliquissent, id sibi pro electo futurum.
5 M. autem Varro non hastam ipsam neque ipsum caduceum missa dicit, sed duas tesserulas, in quarum

¹ duelli, *Kronenberg*.

¹ *Hist.* i. 98, Maur.

Accordingly, Sallust, in the same book, uses *progressus*, not only of those who sailed in ships, but also of floating skiffs. I have added his own words about the skiffs: ¹ "Some of them, after going (*progressae*) but a little way, the load being excessive and unstable, when panic had thrown the passengers into disorder, began to sink."

XXVII

A story of the Roman and the Carthaginian people, showing that they were rivals of nearly equal strength.

It is stated in ancient records that the strength, the spirit and the numbers of the Roman and the Carthaginian people were once equal. And this opinion was not without foundation. With other nations the contest was for the independence of one or the other state, with the Carthaginians it was for the rule of the world.

An indication of this is found in the following word and act of each of the two peoples: Quintus Fabius, a Roman general, delivered a letter to the Carthaginians, in which it was written that the Roman people had sent them a spear and a herald's staff, signs respectively of war and peace; they might choose whichever they pleased and regard the one which they should choose as sent them by the Roman people. The Carthaginians replied that they chose neither one; those who had brought them might leave whichever they liked; that whatever should be left them they would consider that they themselves had chosen.

Marcus Varro, however, says that neither the spear itself nor the staff itself was sent, but two

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

altera caduceum, in altera hastae simulacra fuerint incisa.

XXVIII

De aetatum finibus pueritiae, iuventae, senectae, ex Tuberonis historia sumptum.

- 1 TUBERO in *Historiarum* primo scripsit Servium Tullium regem, populi Romani cum illas quinque classes seniorum et¹ iuniorum census faciendi gratia institueret, "pueros" esse existimasse qui minores essent annis septem decem, atque inde ab anno septimo decimo, quo idoneos iam esse reipublicae arbitraretur, milites scripsisse, eosque ad annum quadragesimum sextum "iuniores" supraque eum annum "seniores" appellasse.
- 2 Eam rem propterea notavi, ut discrimina, quae fuerint iudicio moribusque maiorum "pueritiae," "iuventae," "senectae," ex ista censione Servi Tulli, prudentissimi regis, noscerentur.

XXIX

Quod particula "atque" non complexiva tantum sit, sed vim habeat plusculam variamque.

- 1 "ATQUE" particula a grammaticis quidem coniunctio esse dicitur conexiva. Et plerumque sane coniungit verba et conectit; sed interdum alias

¹ seniorum et, added by Thysius; Lipsius deleted iuniorum.

tokens, on one of which was engraved the representation of a staff; on the other that of a spear.

XXVIII

About the limits of the periods of boyhood, manhood and old age, taken from the *History* of Tubero.

TUBERO, in the first book of his *History*,¹ has written that King Servius Tullius, when he divided the Roman people into those five classes of older and younger men for the purpose of making the enrolment, regarded as *pueri*, or "boys," those who were less than seventeen years old; then, from their seventeenth year, when they were thought to be fit for service, he enrolled them as soldiers, calling them up to the age of forty-six *iuniores*, or "younger men," and beyond that age, *seniores*, or "elders."

I have made a note of this fact, in order that from the rating of Servius Tullius, that most sagacious king, the distinctions between boyhood, manhood, and old age might be known, as they were established by the judgment, and according to the usage, of our forefathers.

XXIX

That the particle *atque* is not only conjunctive, but has many and varied meanings.

THE particle *atque* is said by the grammarians to be a copulative conjunction. And as a matter of fact, it very often joins and connects words; but sometimes it has certain other powers, which are

Fr. 4, Peter².

quasdam potestates habet non satis notas, nisi in veterum litterarum tractatione atque cura exercitis.

- 2 Nam et pro adverbio valet, cum dicimus "aliter ego feci atque tu," significatur enim "aliter quam tu," et si gemina fiat, auget incenditque rem de qua agitur, ut animadvertimus in Q. Enni *Annalibus*, nisi memoria in hoc versu labor:

Atque atque accedit muros Romana iuventus;

- 3 cui significationi contrarium est quod itidem a veteribus dictum est, "deque."
4 Et praeterea pro alio quoque adverbio dicitur, id est "statim"¹ factum, quod in his Vergili versibus existimatur, ubi obscure et insequenter particula ista posita est:²

sic omnia fatis

In peius ruere ac retro sublapsa referri;
Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit,
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.

¹ statim, γ B; factum, QZ.

² statim . . . est, *Hosius*, reading both statim and factum and inserting ubi.

¹ *Ann.* 537, Vahlen.²

² Text and meaning are uncertain of this and the following sentence; see critical note.

not sufficiently observed, except by those engaged in a diligent examination of the early literature. For it has the force of an adverb when we say "I have acted otherwise than (*atque*) you," for it is equivalent to *aliter quam tu*; and if it is doubled, it amplifies and emphasizes a statement, as we note in the *Annals* of Quintus Ennius, unless my memory of this verse is at fault: ¹

And quickly (*atque atque*) to the walls the Roman
manhood came.

The opposite of this meaning is expressed by *deque*, also found in the early writers.²

Atque is said to have been used besides for another adverb also, namely *statim*, as is thought to be the case in these lines of Virgil, where that particle is employed obscurely and irregularly: ³

Thus, by Fate's law, all speeds towards the worse,
And giving way, falls back; e'en as if one
Whose oars can barely force his skiff upstream
Should chance to slack his arms and cease to
drive;
Then straightway (*atque*) down the flood he's
swept away.

¹ *Georg.* i. 199.



BOOK XI

LIBER UNDECIMUS

I

De origine vocabuli "terrae Italiae"; deque ea multa quae suprema appellatur deque eius nominis ratione ac de lege Aternia; et quibus verbis antiquitus multa minima dici solita sit.

- 1 TIMAEUS in *Historiis* quas oratione Graeca de rebus populi Romani composuit, et M. Varro in *Antiquitatibus Rerum Humanarum*, terram Italiam de Graeco vocabulo appellatam scripserunt, quoniam boves Graeca vetere lingua *ιταλοί* vocitati sint,¹ quorum in Italia magna copia fuerit, bucetaque² in ea terra gigni pascique solita sint complurima.
- 2 Coniectare autem possumus ob eandem causam, quod Italia tunc esset armentosissima multam, quae appellatur "suprema" institutam in dies singulos duarum ovium, boum triginta, pro copia scilicet boum proque ovium penuria. Sed cum eiusmodi multa pecoris armentique a magistratibus dicta erat, adigebantur boves ovesque alias pretii parvi, alias maioris, eaque res faciebat inaequalem multae poenitionem. Idcirco postea lege Aternia constituti sunt in oves
- 3 singulas aeris deni, in boves aeris centeni. "Minima"

¹ sint, *Lion*; sunt, *MSS.* (*Z omits*).

² buceta, *MSS.*; bucera, *Paris ed. of 1536.*

¹ *F.H.G.* i. 195, Müller.

² x. fr. 1, Mirsch.

³ Passed by the consul, A. Atinius, in 454 B.C.

BOOK XI

I

On the origin of the term *terra Italia*, or "the land of Italy"; of that fine which is called "supreme"; concerning the reason for the name and on the Aternian law; and in what words the "smallest" fine used to be pronounced in ancient days.

TIMÆUS, in the *History*¹ which he composed in the Greek language about the affairs of the Roman people, and Marcus Varro in his *Human Antiquities*,² wrote that the land of Italy derived its name from a Greek word, oxen in the old Greek tongue being called *ἰταλοί*; for in Italy there was a great abundance of cattle, and in that land pastures are numerous and grazing is a frequent employment.

Furthermore, we may infer that it was for the same reason—namely, since Italy at that time so abounded in cattle—that the fine was established which is called "supreme," consisting of two sheep and thirty oxen each day, obviously proportionate to the abundance of oxen and the scarcity of sheep. But when a fine of that sort, consisting of cattle and sheep, was pronounced by a magistrate, oxen and sheep were brought, now of small, again of greater value; and this made the penalty of the fine unequal. Therefore later, by the Aternian law,³ the value of a sheep was fixed at ten pieces of brass, of the cattle at a hundred apiece. Now the "smallest"

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

autem multa est ovis unius. "Suprema" multa est eius numeri cuius diximus, ultra quem multam dicere in dies singulos ius non est, et propterea "suprema" appellatur, id est summa et maxima.

4 Quando igitur nunc quoque a magistratibus populi Romani more maiorum multa dicitur vel minima vel suprema, observari solet ut "oves" genere virili appellentur; atque ita M. Varro verba haec legitima, quibus minima multa diceretur, concepit: "M. Terentio, quando citatus neque respondit neque excusatus est, ego ei unum ovem multam dico"; ac nisi eo genere diceretur, negaverunt iustam videri multam.

5 Vocabulum autem ipsum "multae" idem M. Varro in uno vicesimo *Rerum Humanarum* non Latinum, sed Sabinum esse dicit, idque ad suam memoriam mansisse ait in lingua Samnitium, qui sunt a Sabinis orti. Sed turba grammaticorum novicia κατ' ἀντίφρασιν, ut quaedam alia, hoc quoque dici
6 tradiderunt. Cum autem usus et mos sermonum is sit, ut ita et nunc loquamur, ut plerique veterum locuti sunt: "multam dixit" et "multa dicta est," non esse abs re putavi notare quod M. Cato aliter dixit. Nam in quarto *Originum* verba haec sunt:
7 "Imperator noster, si quis extra ordinem depugnatum ivit, ei multam facit." Potest autem videri consulta elegantia mutasse verbum, cum in castris et

¹ That is, for a certain number of animals to be paid on a number of successive days.

² xxiii. fr. 2, Mirsch.

³ xxi. fr. 1, Mirsch.

⁴ That is, the "lucus a non lucendo" idea.

⁵ Fr. 82, Peter³.

fine is that of one sheep. The "supreme" fine is of that number which we have mentioned, beyond which it is not lawful to impose a fine for a period of successive days;¹ and for that reason it is called "supreme," that is, greatest and heaviest.

When therefore even now, according to ancient usage, either the "smallest" or the "supreme" fine is pronounced by Roman magistrates, it is regularly observed that *oves* ("sheep") be given the masculine gender; and Marcus Varro has thus recorded the words of the law by which the smallest fine was pronounced:² "Against Marcus Terentius, since, though summoned, he has neither appeared nor been excused, I pronounce a fine of one sheep (*unum ovem*)"; and they declared that the fine did not appear to be legal unless that gender was used.

Furthermore, Marcus Varro, in the twenty-first book of his *Human Antiquities*, also says³ that the word for fine (*multa*) is itself not Latin, but Sabine, and he remarks that it endured even to within his own memory in the speech of the Samnites, who are sprung from the Sabines. But the upstart herd of grammarians have asserted that this word, like some others, is used on the principle of opposites.⁴ Furthermore, since it is a usage and custom in language for us to say even now, as the greater number of the early men did, *multam dixit* and *multa dicta est*, I have thought it not out of place to note that Marcus Cato spoke otherwise.⁵ For in the fourth book of his *Origins* are these words: "Our commander, if anyone has gone to battle out of order, imposes (*facit*) a fine upon him." But it may seem that Cato changed the word with an eye to propriety, since the fine was imposed in camp

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

in exercitu multa fieret, non in comitio nec ad populum diceretur.

II

Quod "elegantia" apud antiquiores, non de amoeniore ingenio, sed de nitidioro cultu atque victu dicebatur, eaque in vitio ponebatur.

- 1 "ELEGANS" homo non dicebatur cum laude, set id fere verbum ad aetatem M. Catonis vitii, non
2 laudis fuit. Est namque hoc animadvertere, cum in quibusdam aliis, tum in libro Catonis qui inscriptus est *Carmen De Moribus*. Ex quo libro verba haec sunt: "Avaritiam omnia vitia habere putabant; sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, inritus qui
3 habebatur, is laudabatur";¹ ex quibus verbis apparet, "elegantem" dictum antiquitus non ab ingenii elegantia, sed qui nimis lecto amoenoque cultu victuque esset.
- 4 Postea "elegans" reprehendi quidem desiit, sed laude nulla dignabatur, nisi cuius elegantia erat moderatissima. Sic M. Tullius L. Crasso et Q. Scaevolae non meram elegantiam, set multa parsimonia mixtam, laudi dedit: "Crassus," inquit, "erat parcissimus elegantium, Scaevola parcorum elegantissimus."
- 5 Praeterea ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et inter cetera commemoramus: "Vestiri,"

¹ <avarus> laudabatur, *L. Müller*; is audiebat avarus, *Bährens*.

¹ p. 82, 10, Jordan.

² That is, in comparison with the miser.

and in the army, not pronounced in the comitium or in the presence of the people.

II

That the word *elegantia* in earlier days was not used of a more refined nature, but of excessive fastidiousness in dress and mode of life, and was a term of reproach.

It was not customary to call a man *elegans*, or "elegant," by way of praise, but up to the time of Marcus Cato that word as a rule was a reproach, not a compliment. And this we may observe both in some other writers, and also in the work of Cato entitled *Carmen de Moribus*. In this book is the following passage:¹ "They thought that avarice included all the vices; whoever was considered extravagant, ambitious, elegant, vicious or good-for-nothing received praise."² It is evident from these words that in days of old the "elegant" man was so called, not because of refinement of character, but because he was excessively particular and extravagant in his attire and mode of life.

Later, the "elegant" man ceased indeed to be reproached, but he was deemed worthy of no commendation, unless his elegance was very moderate. Thus Marcus Tullius commended Lucius Crassus and Quintus Scaevola, not for mere elegance, but for elegance combined with great frugality. "Crassus," he says,³ "was the most frugal of elegant men; Scaevola the most elegant of the frugal."

Besides this, in the same work of Cato, I recall also these scattered and cursory remarks:⁴ "It was

¹ *Brut.* 148.

⁴ p. 83, 1, Jordan.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

inquit, "in foro honeste mos erat, domi quod satis erat. Equos carius quam coquos emebant. Poeticae artis honos non erat. Si quis in ea re studebat aut sese ad convivia adplicabat, 'crassator' vocabatur."

- 6 Illa quoque ex eodem libro praeclarae veritatis sententia est: "Nam vita," inquit, "humana prope uti ferrum est. Si exerceas, conteritur; si non exerceas, tamen robigo interficit. Item homines exercendo videmus conteri; si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit quam exercitio."

III

Qualis quantaque sit "pro" particulae varietas; deque exemplis eius varietatis.

- 1 QUANDO ab arbitriis negotiisque otium est et motandi corporis gratia aut spatiamur aut vectamur, quaerere nonnumquam aput memet ipsum soleo res eiusmodi, parvas quidem minutasque et hominibus non bene eruditis aspernabiles, sed ad veterum scripta penitus noscenda et ad scientiam linguae Latinae cumprimis necessarias; velut est, quod forte nuper in Praenestino recessu¹ vespertina ambulatione solus ambulans, considerabam qualis quantaque esset particularum quarundam in oratione Latina
- 2 varietas. Quod genus est praepositio "pro." Aliter enim dici videbam "pontifices pro conlegio decrevisse," aliter "quempiam testem introductum

¹ recessu, *Juretus*.

¹ Id., p. 83, 5.

the custom," says he, "to dress becomingly in the forum, at home to cover their nakedness. They paid more for horses than for cooks. The poetic art was not esteemed. If anyone devoted himself to it, or frequented banquets, he was called a 'ruffian.'" This sentiment too, of conspicuous truthfulness, is to be found in the same work:¹ "Indeed, human life is very like iron. If you use it, it wears out; if you do not, it is nevertheless consumed by rust. In the same way we see men worn out by toil; if you toil not, sluggishness and torpor are more injurious than toil."

III

The nature and degree of the variety of usage in the particle *pro*; and some examples of the differences.

WHEN I have leisure from legal business, and walk or ride for the sake of bodily exercise, I have the habit sometimes of silently meditating upon questions that are trifling indeed and insignificant, even negligible in the eyes of the uneducated, but are nevertheless highly necessary for a thorough understanding of the early writers and a knowledge of the Latin language. For example, lately in the retirement of Praeneste,² as I was taking my evening walk alone, I began to consider the nature and degree of variety in the use of certain particles in the Latin language; for instance, in the preposition *pro*. For I saw that we had one use in "the priests passed a decree *in the name of* their order," and another in "that a witness who had been called in

² From this passage some have inferred that Gellius had a villa at Praeneste.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

pro testimonio dixisse," aliter M. Catonem in *Originum* quarto: "Proelium factum depugnatumque pro castris" scripsisse et item in quinto: "Urbes insulasque omnis pro agro Illyrio esse," aliter etiam dici "pro aede Castoris," aliter "pro rostris," aliter "pro tribunali," aliter "pro contione" atque aliter
3 "tribunum plebis pro potestate intercessisse." Sed has omnes dictiones qui aut omnino similes et pares aut usquequaque diversas existimaret, errare arbitrabar; nam varietatem istam eiusdem quidem fontis et capitis, non eiusdem tamen esse finis putabam.
4 Quod profecto facile intellet, si quis adhibeat ad meditationem suam intentionem et habeat veteris orationis usum atque notitiam celebriorem.

IV

Quem in modum Q. Ennius versus Euripidi aemulatus sit.

1 EURIPIDIS versus sunt in *Hecuba* verbis, sententia,
2 brevitare insignes inlustresque; Hecuba est ad Ulixen dicens:

¹ Fr. 91, Peter².

² Fr. 96, Peter².

³ On the origin of such expressions, see Frank, *Riv. di Fil.* liii (1925), p. 105.

⁴ The preceding statement is not "easy to understand." Gellius seems to mean that all the different significations of *pro* developed from one or two original meanings. Thus "for" or "before" will give the general meaning in nearly

said *by way of testimony*"; that Marcus Cato used it in still another way in the fourth book of his *Origins*:¹ "The battle was fought and ended *before* the camp," and also in the fifth book:² "That all the islands and cities were *in favour of* the Illyrian land." Also "*before* the temple of Castor" is one form of expression, "*on* the rostra" another, "*before*, or *on*, the tribunal"³ another, "*in presence of* the assembly" another, and "the tribune of the commons interposed a veto *in view of* his authority" still another. Now, I thought that anyone who imagined that all these expressions were wholly alike and equal, or were entirely different, was in error; for I was of the opinion that this variety came from the same origin and source, but yet that its end was not the same. And this surely anyone will easily understand,⁴ if he attentively considers the question and has a somewhat extensive use and knowledge of the early language.

IV

How Quintus Ennius rivalled⁵ certain verses of Euripides.

IN the *Hecuba* of Euripides there are some verses remarkable and brilliant in their diction, their thought and their terseness. Hecuba is speaking to Ulysses:⁶

all the examples except "on the rostra" and "on the tribunal," for which see Frank's article, cited in the preceding note.

⁵ The principle of rivalry, the ἀγών, was a recognized feature of literary technique.

⁶ v. 293; the translation is that of Way, *L.C.L.*

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

Τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃ, τὸ σὸν
 Νικᾶ· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰῶν
 Κἂκ τῶν δοκούντων αὐτός, οὐ ταῦτὸν σθένει.

3 Hos versus Q. Ennius, cum eam tragoediam verteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt :

Haec tu etsi perversè dices, facile Achivos
 fléxeris ;

Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignó-
 biles,

• Éadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé
 valet.

4 Bene, sicuti dixi, Ennius ; sed “ignobiles” tamen et
 “opulenti” ἀντὶ ἀδοξούντων καὶ δοκούντων satisfacere
 sententiae non videntur ; nam neque omnes ignobiles
 ἀδοξοῦσι neque omnes opulenti εὐδοξοῦσιν.

V

De Pyrronis philosophis quaedam deque Academicis strictim
 notata ; deque inter eos differentia.

1 Quos Pyrronios philosophos vocamus, hi Graeco
 2 cognomento σκεπτικοί appellantur ; id ferme signifi-
 3 cat quasi “quaesitores” et “consideratores.” Nihil
 enim decernunt, nihil constituunt, sed in quaerendo
 semper considerandoque sunt quidnam sit omnium
 4 rerum de quo decerni constituique possit. Ac ne
 videre quoque plane quicquam neque audire sese pu-

¹ v. 165, Ribbeck³.

Thine high repute, how ill soe'er thou speak'st,
 ShaN sway them; for the same speech carrieth
 not
 Like weight from men contemned and men
 revered.

These verses Quintus Ennius, when he translated that tragedy, rivalled with no little success. The verses of Ennius are the same in number, as follows:¹

Though thou speak'st ill, thou wilt the Achivi
 sway;
 The selfsame words and speech have other weight
 When spoken by the great and by the obscure.

Ennius, as I have said, did well; but yet *ignobiles* and *opulenti* do not seem to express the full force of ἀδοξούντων and δοκούντων; for not all who are obscure are contemned, nor are the great all revered.

V

Some brief notes about the Pyrronian philosophers and the Academics; and of the difference between them.

THOSE whom we call the Pyrronian philosophers are designated by the Greek name σκεπτικοί, or "sceptics," which means about the same as "inquirers" and "investigators." For they decide nothing and determine nothing, but are always engaged in inquiring and considering what there is in all nature concerning which it is possible to decide and determine. And moreover they believe that they do not see or hear anything clearly,

tant, sed ita pati adficique quasi videant vel audiant, eaque ipsa quae adfectiones istas in sese efficiant, qualia et cuiusmodi sint cunctantur atque insistunt, omniumque rerum fidem veritatemque mixtis confusisque signis veri atque falsi ita inrensibilem videri aiunt, ut quisquis homo est non praeceptis neque iudicii sui prodigus his uti verbis debeat quibus auctorem philosophiae istius Pyrronem esse usum tradunt: οὐ μᾶλλον οὕτως ἔχει τόδε ἢ ἐκείνως ἢ οὐθετέρως. Indicia enim rei cuiusque et sinceras proprietates negant posse nosci et percipi, idque ipsum docere atque ostendere multis modis conantur.

- 5 Super qua re Favorinus quoque subtilissime argutissimeque decem libros composuit, quos Πυρρωνείων Τρόπων inscribit.
- 6 Vetus autem quaestio et a multis scriptoribus Graecis tractata, an quid et quantum Pyrronios et Academicos philosophos intersit. Utrique enim σκεπτικοί, ἐφεκτικοί, ὑπορητικοί dicuntur, quoniam utrique nihil adfirmant nihilque comprehendi putant. Sed ex omnibus rebus proinde visa dicunt fieri, quas φαντασίας appellant, non ut rerum ipsarum natura est, sed ut adfectio animi corporisve est eorum, ad
- 7 quos ea visa perveniunt. Itaque omnes omnino res quae sensus hominum movent, τῶν πρὸς τι esse dicunt. Id verbum significat nihil esse quicquam quod ex sese constet nec quod habeat vim propriam et naturam, sed omnia prorsum ad aliquid referri taliaque

¹ p. 88, Marres. Apparently a discussion of the arguments by which the Pyrronian philosophers supported their beliefs.

² That is, "things relative to something else."

but that they undergo and experience something like seeing and hearing; but they are in doubt as to the nature and character of those very things which cause them those experiences, and they deliberate about them: and they declare that in everything assurance and absolute truth seem so beyond our grasp, owing to the mingling and confusing of the indications of truth and falsehood, that any man who is not rash and precipitate in his judgment ought to use the language which they say was used by Pyrrho, the founder of that philosophy: "Does not this matter stand so, rather than so, or is it neither?" For they deny that proofs of anything and its real qualities can be known and understood, and they try in many ways to point this out and demonstrate it. On this subject Favorinus too with great keenness and subtlety has composed ten books, which he entitled Πυρρωνεῖοι Τρόποι, or *The Pyrronian Principles*.¹

It is besides a question of long standing, which has been discussed by many Greek writers, whether the Pyrronian and Academic philosophers differ at all, and to what extent. For both are called "sceptics, inquirers and doubters," since both affirm nothing and believe that nothing is understood. But they say that appearances, which they call φαντασίαι, are produced from all objects, not according to the nature of the objects themselves, but according to the condition of mind or body of those to whom those appearances come. Therefore they call absolutely all things that affect men's senses τὰ πρὸς τι.² This expression means that there is nothing at all that is self-dependent or which has its own power and nature, but that absolutely all things have "reference

videri qualis sit eorum species dum videntur, qualia-
 que apud sensus nostros, quo pervenerunt, creantur,¹
 8 non apud sese, unde profecta sunt. Cum haec autem
 consimiliter tam Pyrronii dicant quam Academici,
 differre tamen inter sese et propter alia quaedam et
 vel maxime propterea existimati sunt, quod Acade-
 mici quidem ipsum illud nihil posse comprehendere
 quasi comprehendunt, et nihil posse decerni quasi
 decernunt, Pyrronii ne id quidem ullo pacto verum
 videri dicunt, quod nihil esse verum videtur.

VI

Quod mulieres Romae per Herculem non iuraverint neque
 viri per Castorem.

1 IN veteribus scriptis neque mulieres Romanae per
 2 Herculem deiurant neque viri per Castorem. Sed
 cur illae non iuraverint Herculem non obscurum est,
 3 nam Herculaneo sacrificio abstinent. Cur autem
 viri Castorem iurantes non appellaverint non facile
 dictu est. Nusquam igitur scriptum invenire est,
 apud idoneos quidem scriptores, aut "me hercle"
 4 feminam dicere aut "me castor" virum; "edepol"
 autem, quod iusiurandum per Pollucem est, et viro
 5 et feminae commune est. Sed M. Varro adseverat

¹ cernantur, *Skutsch*.

¹ *Comprehendo* is used in a technical sense; cf. Cic. *Acad. Pr.* ii. 47, cum plane compresserat (manum) pugnumque

to something else" and seem to be such as their appearance is while they are seen, and such as they are formed by our senses, to which they come, not by the things themselves, from which they have proceeded. But although the Pyrronians and the Academics express themselves very much alike about these matters, yet they are thought to differ from each other both in certain other respects and especially for this reason—because the Academics do, as it were, "comprehend"¹ the very fact that nothing can be comprehended, and, as it were, decide that nothing can be decided, while the Pyrronians assert that not even that can by any means be regarded as true, because nothing is regarded as true.

VI

That at Rome women did not swear by Hercules nor men by Castor.

IN our early writings neither do Roman women swear by Hercules nor the men by Castor. But why the women did not swear by Hercules is evident, since they abstain from sacrificing to Hercules. On the other hand, why the men did not name Castor in oaths is not easy to say. Nowhere, then, is it possible to find an instance, among good writers, either of a woman saying "by Hercules" or a man, "by Castor"; but *edepol*, which is an oath by Pollux, is common to both man and woman. Marcus Varro, however, asserts² that the earliest

fecerat, comprehensionem illam esse dicebat; also *Acad. Post.* i. 11, where *κατάληπτον* is rendered by *comprehensio*, and *κατάληψιν* by *rebus quae manu prenderentur*.

² p. 375, Bipont.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

antiquissimos viros neque per Castorem neque per Pollucem deiurare solitos, sed id iusiurandum fuisse tantum feminarum, ex initiis Eleusinis acceptum; 6 paulatim tamen inscitia antiquitatis viros dicere "edepol" coepisse factumque esse ita dicendi morem, sed "me castor" a viro dici in nullo vetere scripto inveniri.

VII

Verbis antiquissimis relictisque iam et desitis minime utendum.

1 VERBIS uti aut nimis obsoletis exculcatisque aut insolentibus novitatisque durae et inlepidae, par esse delictum videtur. Sed molestius equidem culpatusque esse arbitror verba nova, incognita, inaudita 2 dicere quam involgata et sordentia. Nova autem videri dico etiam ea quae sunt inusitata et desita, 3 etsi sunt vetusta. Est adeo id vitium plerumque serae eruditionis, quam Graeci *ὀψιμαθίαν* appellant, ut quod numquam¹ didiceris, diu ignoraveris, cum id scire aliquando coeperis, magni facias quo in loco cumque et quacumque in re dicere. Veluti Romae, nobis praesentibus, vetus celebratusque homo in causis, sed repentina et quasi tumultuaria doctrina praeditus, cum apud praefectum urbi verba faceret et dicere vellet inopi quendam miseroque victu vivere et furfureum panem esitare, vinumque eruc-

¹ antequam, *Casaubon*.

¹ Cf. Hor. *Ars. Poet.* 46 ff.

men were wont to swear neither by Castor nor by Pollux, but that this oath was used by women alone and was taken from the Eleusinian initiations; that gradually, however, through ignorance of ancient usage, men began to say *edepol*, and thus it became a customary expression; but that the use of "by Castor" by a man appears in no ancient writing.

VII

That very old words which have become antiquated and obsolete ought not to be used.

To use words that are too antiquated and worn out, or those which are unusual and of a harsh and unpleasant novelty, seems to be equally faulty. But for my own part I think it more offensive and censurable to use words that are new, unknown and unheard of, than those that are trite and mean. Furthermore, I maintain that those words also seem new which are out of use and obsolete, even though they are of ancient date.¹ In fact, it is a common fault of lately acquired learning, or *ὀψιμαθία* as the Greeks call it, to make a great point anywhere and everywhere, and in connection with any subject whatever, to talk about what you have never learned and of which you were long ignorant, when at last you have begun to know something about it. For instance, at Rome in my presence a man of experience and celebrated as a pleader, who had acquired a sudden and, so to speak, haphazard kind of education, was speaking before the prefect of the city and wished to say that a certain man lived upon poor and wretched food, ate bread made from bran,

tum et fetidum potare, "Hic," inquit, "eques
 4 Romanus apludam edit et flocces bibit." Aspexerunt omnes qui aderant alius alium, primo tristiores turbato et requirente voltu, quidnam illud utriusque verbi foret; post deinde, quasi nescio quid Tusce aut
 5 Gallice dixisset, universi riserunt. Legerat autem ille "apludam" veteres rusticos frumenti furfurem dixisse idque a Plauto in comoedia, si ea Plauti est,
 6 quae *Astraba* inscripta est, positum esse. Item "flocces" audierat prisca voce significare vini faecem e vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis, idque aput Caecilium in *Polumenis* legerat, eaque sibi duo verba ad orationum ornamenta servaverat.

7 Alter quoque a lectionibus id genus paucis a pirocalus, cum adversarius causam differri postularet: "Rogo, praetor," inquit, "subveni, succurre! quonam usque nos bovinator hic demoratur?" Atque id voce magna ter quaterve inclamavit: "bovinator
 8 est." Commurmuratio fieri coepta est a plerisque qui aderant, quasi monstrum verbi admirantibus.
 9 At ille iactans et gestiens: "Non enim Lucilium," inquit, "legistis, qui tergiversatorem 'bovinatorem' dicit?" Est autem in Lucili XI. versus hic:

Si tricosus¹ bovinatorque ore improbus duro.

¹ hic stric(h)osus, ω; corrected by Lachmann; hic: est tricosus, Skutsch.

¹ 14, Götze; 16, Linds.

² The Πωλούμενοι, or "Men offered for sale."

and drank flat and spoiled wine: "This Roman knight," said he, "eats *apluda* and drinks *flocces*." All who were present looked at one another, at first somewhat seriously, with a disturbed and inquiring aspect, wondering what in the world the two words meant; then presently they all burst into a laugh, as if he had said something in Etruscan or Gallic. Now that man had read that the farmers of ancient days called the chaff of grain *apluda*, and that the word was used by Plautus in the comedy entitled *Astraba*,¹ if that play be the work of Plautus. He had also heard that *flocces* in the early language meant the lees of wine pressed from the skins of grapes, corresponding to the dregs of oil from olives. This he had read in the *Polumeni*² of Caecilius,³ and he had saved up those two words as ornaments for his speeches.

Another *Einfaltspinsel* also, after some little reading of that kind, when his opponent requested that a case be postponed, said: "I pray you, praetor, help me, aid me! How long, pray, shall this *bovinator* delay me?" And he bawled it out three or four times in a loud voice: "He is a *bovinator*." A murmur began to arise from many of those who were present, as if in wonder at this monster of a word. But he, waving his arms and gesticulating, cried: "What, haven't you read Lucilius, who calls a shuffler *bovinator*?" And, in fact, this verse occurs in Lucilius' eleventh book:⁴

If trifling shuffler (*bovinator*) with abusive tongue.

¹ 190, Ribbeck³.

⁴ 417, Marx.

VIII

Quid senserit dixeritque M. Cato de Albino, qui homo Romanus Graeca oratione res Romanas, venia sibi ante eius imperitiae petita, composuit.

- 1 IUSTE venusteque admodum reprehendisse dicitur
 2 Aulum Albinum M. Cato. Albinus, qui cum L.
 Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca
 3 scriptitavit. In eius *Historiae* principio scriptum est
 ad hanc sententiam: neminem suscensere sibi con-
 venire, si quid in his libris parum compositae aut
 minus eleganter tum scriptum foret; "nam sum,"
 inquit, "homo Romanus natus in Latio, Graeca
 oratio a nobis alienissima est," ideoque veniam
 gratiamque malae existimationis, si quid esset erra-
 4 tum, postulavit. Ea cum legisset M. Cato: "Ne
 tu," inquit, "Aule, nimium nugator es, cum maluisti
 culpam deprecari quam culpa vacare. Nam petere
 veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus aut
 cum compulsi peccavimus. Dic,"¹ inquit, "oro te,
 5 quis perpulit ut id committeres, quod, priusquam
 faceres, peteres ut ignosceretur?" Scriptum hoc
 est in libro Corneli Nepotis *De Inlustribus Viris*
 XIII.

IX

Historia de legatis Mileti ac Demosthene rhetore in libris
 Critolai reperta.

- 1 CRITOLAUS scripsit legatos Mileto publicae rei
 causa venisse Athenas, fortasse an auxilii petendi

¹ dic, *Hosius*; tibi, *MSS.*

² In 151 B.C.

³ Fr. 1, Peter³.

VIII

What Marcus Cato thought and said of Albinus, who, though a Roman, wrote a history of Rome in the Greek language, having first asked indulgence for his lack of skill in that tongue.

MARCUS CATO is said to have rebuked Aulus Albinus with great justice and neatness. Albinus, who had been consul with Lucius Lucullus,¹ composed a *Roman History* in the Greek language. In the introduction to his work he wrote to this effect:² that no one ought to blame him if he had written anything then in those books that was incorrect or inelegant; "for," he continues, "I am a Roman, born in Latium, and the Greek language is quite foreign to me"; and accordingly he asked indulgence and freedom from adverse criticism in case he had made any errors. When Marcus Cato had read this, "Surely, Aulus," said he, "you are a great trifler in preferring to apologize for a fault rather than avoid it. For we usually ask pardon either when we have erred through inadvertence or done wrong under compulsion. But tell me, I pray you," said he, "who compelled you to do that for which you ask pardon before doing it." This is told in the thirteenth book of Cornelius Nepos' work *On Famous Men*.³

IX

The story of the Milesian envoys and the orator Demosthenes, found in the works of Critolaus.

CRITOLAUS has written⁴ that envoys came from Miletus to Athens on public business, perhaps for

¹ Fr. 15, Peter².

⁴ *F. H. G.* iv. 373.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

gratia.¹ Tum qui pro sese verba facerent quos visum erat advocavisse, advocatos, uti erat mandatum, verba pro Milesiis ad populum fecisse, Demosthenen Milesiorum postulatis acriter respondisse, neque Milesios auxilio dignos neque ex republica id esse contendisse; rem in posterum diem prolatam. Legatos ad Demosthenen venisse magnoque opere orasse uti contra ne diceret; eum pecuniam petivisse et quantam petiverat abstulisse. Postridie, cum res agi denuo coepta esset, Demosthenen, lana multa collum cervicesque circumvolutum, ad populum prodisse et dixisse se synanchen pati, eo contra Milesios loqui non quire. Tum e populo unum exclamasse, non "synanchen," quod Demosthenes pateretur, sed "argyranchen" esse.

- 2 Ipse etiam Demosthenes, ut idem Critolaus refert, non id postea concealavit, quin gloriae quoque hoc sibi adsignavit. Nam cum interrogasset Aristodemum, actorem fabularum, quantum mercedis, uti ageret, accepisset, et Aristodemus "talentum" respondisset, "At ego plus," inquit, "accepi, ut tacerem."

X

Quod C. Gracchus in oratione sua historiam supra scriptam Demadi rhetori, non Demostheni, adtribuit; verbaque ipsius C. Gracchi relata.

- 1 Quod in capite superiore a Critolao scriptum esse diximus super Demosthene, id C. Gracchus in ora-

¹ fortasse an dixerit, *MSS.*; dixerit *deleted* by Scaliger, fortasse . . . gratia, by Hertz.

¹ Ps.-Plutarch, *Decem Orat. Vitae, Demosth.*, p. 848, B, says that the actor was Polos. Famous actors made large sums

the purpose of asking aid. Then they engaged such advocates as they chose, to speak for them, and the advocates, according to their instructions, addressed the people in behalf of the Milesians. Demosthenes vigorously opposed the demands of the Milesians, maintaining that the Milesians did not deserve aid, nor was it to the interest of the State to grant it. The matter was postponed to the next day. The envoys came to Demosthenes and begged him earnestly not to speak against them; he asked for money, and received the amount which he demanded. On the following day, when the case was taken up again, Demosthenes, with his neck and shoulders wrapped in thick wool, came forward before the people and said that he was suffering from quinsy and hence could not speak against the Milesians. Then one of the populace cried out that it was, not quinsy, but "silverinsy" from which Demosthenes was suffering.

Demosthenes himself too, as Critolaus also relates, did not afterwards conceal that matter, but actually made a boast of it. For when he had asked Aristodemus, the player, what sum he had received for acting, and Aristodemus¹ had replied, "a talent," Demosthenes rejoined: "Why, I got more than that for holding my tongue."

X

That Gaius Gracchus in a speech of his applied the story related above to the orator Demades, and not to Demosthenes; and a quotation of Gracchus' words.

THE story which in the preceding chapter we said was told by Critolaus about Demosthenes, Gaius of money; according to Pliny, *N. H.* vii. 129, the celebrated Roman actor Roscius made 500,000 sesterces yearly.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

tione, *Qua legem Aufeam dissuasit*, in Demaden
2 contulit verbis hisce : “ Nam vos, Quirites, si velitis
sapientia atque virtute uti, etsi quaeritis, neminem
nostrum invenietis sine pretio huc prodire. Omnes
nos qui verba facimus aliquid petimus, neque ullius
rei causa quisquam ad vos prodit, nisi ut aliquid
3 auferat. Ego ipse, qui aput vos verba facio uti
vectigalia vestra augeatis, quo facilius vestra com-
moda et rempublicam administrare possitis, non
gratis prodeo ; verum peto a vobis, non pecuniam,
4 sed bonam existimationem atque honorem. Qui
prodeunt dissuasuri ne hanc legem accipiatis, petunt
non honorem a vobis, verum a Nicomede pecuniam ;
qui suadent ut accipiatis, hi quoque petunt non a
vobis bonam existimationem, verum a Mitridate rei
familiari suae pretium et praemium ; qui autem ex
eodem loco atque ordine tacent, hi vel acerrimi
sunt, nam ab omnibus pretium accipiunt et omnis
5 fallunt. Vos, cum putatis eos ab his rebus remotos
6 esse, inpertitis bonam existimationem ; legationes
autem a regibus, cum putant eos sua causa reticere,
sumptus atque pecunias maximas praebent, item uti
in terra Graecia, quo in tempore Graecus tragoedus
gloriae sibi ducebat talentum magnum ob unam
fabulam datum esse, homo eloquentissimus civitatis
suae Demades ei respondisse dicitur : ‘ Mirum tibi
videtur, si tu loquendo talentum quaesisti ? Ego, ut
tacerem, decem talenta a rege accepi.’ Item nunc
isti pretia maxima ob tacendum accipiunt.”

¹ *O. R. F.*, p. 242, Meyer².

Gracchus, in the speech *Against the Aufeian Law*, applied to Demades in the following words: ¹ "For you, fellow citizens, if you wish to be wise and honest, and if you inquire into the matter, will find that none of us comes forward here without pay. All of us who address you are after something, and no one appears before you for any purpose except to carry something away. I myself, who am now recommending you to increase your taxes, in order that you may the more easily serve your own advantage and administer the government, do not come here for nothing; but I ask of you, not money, but honour and your good opinion. Those who come forward to persuade you not to accept this law, do not seek honour from you, but money from Nicomedes; those also who advise you to accept it are not seeking a good opinion from you, but from Mithridates a reward and an increase of their possessions; those, however, of the same rank and order who are silent are your very bitterest enemies, since they take money from all and are false to all. You, thinking that they are innocent of such conduct, give them your esteem; but the embassies from the kings, thinking it is for their sake that they are silent, give them great gifts and rewards. So in the land of Greece, when a Greek tragic actor boasted that he had received a whole talent for one play, Demades, the most eloquent man of his country, is said to have replied to him: 'Does it seem wonderful to you that you have gained a talent by speaking? I was paid ten talents by the king for holding my tongue.' Just so, these men now receive a very high price for holding their tongues."

XI

Verba P. Nigidii, quibus differre dicit "mentiri" et "mendacium dicere."

- 1 VERBA sunt ipsa haec P. Nigidii, hominis in studiis bonarum artium praecellentis, quem M. Cicero ingenii doctrinarumque nomine summe reveritus est: "Inter mendacium dicere et mentiri distat. Qui mentitur ipse non fallitur, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur." Item
- 2 hoc addidit: "Qui mentitur," inquit, "fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non
- 3 fallit, quantum in se est." Item hoc quoque super eadem re dicit: "Vir bonus," inquit, "praestare debet ne mentiatur, prudens, ne mendacium dicat;
- 4 alterum incidit in hominem, alterum non." Varie me hercule et lepide Nigidius tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparavit.

XII

Quod Chrysippus philosophus omne verbum ambiguum dubiumque esse dicit, Diodorus contra nullum verbum ambiguum esse putat.

- 1 CHRYSIPPUS ait omne verbum ambiguum natura esse, quoniam ex eodem duo vel plura accipi possunt.
- 2 Diodorus autem, cui Crono cognomentum fuit, "Nullum," inquit, "verbum est ambiguum, nec quisquam ambiguum dicit aut sentit, nec aliud dici

¹ Fr. 49, Swoboda.

² ii. 152, Arn.

XI

The words of Publius Nigidius, in which he says that there is a difference between "lying" and "telling a falsehood."

THESE are the very words of Publius Nigidius,¹ a man of great eminence in the pursuit of the liberal arts, whom Marcus Cicero highly respected because of his talent and learning: "There is a difference between telling a falsehood and lying. One who lies is not himself deceived, but tries to deceive another; he who tells a falsehood is himself deceived." He also adds this: "One who lies deceives, so far as he is able; but one who tells a falsehood does not himself deceive, any more than he can help." He also had this on the same subject: "A good man," says he, "ought to take pains not to lie, a wise man, not to tell what is false; the former affects the man himself, the latter does not." With variety, by Heaven! and neatness has Nigidius distinguished so many opinions relating to the same thing, as if he were constantly saying something new.

XII

That the philosopher Chrysippus says that every word is ambiguous and of doubtful meaning, while Diodorus, on the contrary, thinks that no word is ambiguous.

CHRYSIPPUS asserts² that every word is by nature ambiguous, since two or more things may be understood from the same word. But Diodorus, surnamed Cronus, says: "No word is ambiguous, and no one speaks or receives a word in two senses; and it ought not to seem to be said in any other sense than

- videri debet quam quod se dicere sentit is qui dicit.
- 3 At cum ego," inquit, "aliud sensi, tu aliud accepisti, obscure magis dictum videri potest quam ambigue; ambigui enim verbi natura illa esse debuit, ut qui id diceret duo vel plura diceret. Nemo autem duo vel plura dicit, qui se sensit unum dicere."

XIII

Quid Titus Castricius de verbis deque sententia quadam C. Gracchi existimarit; quodque esse eam sine ullo sensus emolumento docuerit.

- 1 APUD Titum Castricium, disciplinae rhetoricae doctorem, gravi atque firmo iudicio virum, legebatur
- 2 oratio C. Gracchi *In P. Popilium*. In eius orationis principio conlocata verba sunt accuratius modulatus-
- 3 que quam veterum oratorum consuetudo fert. Ea verba, sicuti dixi composita, haec sunt: "Quae vos cupide per hosce annos adpetistis atque voluistis, ea si temere repudiaritis, abesse non potest quin aut olim cupide adpetisse aut nunc temere repudiasse dicamini."
- 4 Cursus igitur hic et sonus rotundae volubilisque sententiae eximie nos et unice delectabat, tanto id magis, quod iam tunc C. Graccho, viro inlustri et severo, eiusmodi compositionem fuisse cordi videba-
- 5 mus. Sed enim, cum eadem ipsa verba saepius

¹ *O. R. F.*, p. 238, Meyer.

that which the speaker feels that he is giving to it. But when I," said he, "meant one thing and you have understood another, it may seem that I have spoken obscurely rather than ambiguously; for the nature of an ambiguous word should be such that he who speaks it expresses two or more meanings. But no man expresses two meanings who has felt that he is expressing but one."

XIII

What Titus Castricius thought about the wording of a sentence of Gaius Gracchus; and that he showed that it contributed nothing to the effectiveness of the sentence.

THE speech of Gaius Gracchus *Against Publius Popilius*¹ was read before Titus Castricius, a teacher of the art of rhetoric and a man of sound and solid judgment. At the beginning of that speech the sentences were constructed with more care and regard for rhythm than was customary with the early orators. The words, arranged as I have said, are as follows: "If you now reject rashly the things which all these years you have earnestly sought and longed for, it must be said either that you formerly sought them earnestly, or now have rejected them without consideration."

Well then, the flow and rhythm of this well-rounded and smooth-flowing sentence pleased us to a remarkable and unparalleled degree, and still more the evidence that composition of that kind appealed even in those early days to Gaius Gracchus, a man of distinction and dignity. But when those very same words were read again and again at our request, we

petentibus nobis lectitarentur, admoniti a Castricio sumus ut considerarem quae vis quodve emolumentum eius sententiae foret, neque pateremur ut aures nostrae cadentis apte orationis modis eblanditae animum quoque nobis voluptate inani perfunderent.

Cumque nos admonitione ista adtentiores fecisset, "Inspicite," inquit, "penitus quid efficiant verba haec, dicatque mihi, quaeso, aliqui vestrum, an sit ulla huiusce sententiae gravitas aut gratia: 'Quae vos cupide per hosce annos adpetistis atque voluistis, ea si temere repudiavistis, abesse non potest quin aut olim cupide adpetisse aut nunc temere repudiasse
6 dicamini.' Cui enim omnium hominum in mentem non venit id profecto usu venire, ut quod cupide adpetieris, cupide adpetisse et quod temere repudi-
7 averis, temere repudiasse dicaris? At si, opinor," inquit, "ita scriptum esset: 'Quae vos per hosce annos adpetistis atque voluistis, ea nunc si repudiavistis, abesse non potest quin aut olim cupide adpetisse
8 aut nunc temere repudiasse dicamini'; si ita," inquit, "diceretur, gravior scilicet solidiorque fieret sententia et acciperet aliquid iustae in audiendo expectationis;
9 nunc autem verba haec 'cupide' et 'temere,' in quibus verbis omne momentum rei est, non in concludenda sententia tantum dicuntur, sed supra quoque nondum desiderata ponuntur et quae nasci oriri ex ipsa rei conceptione debebant, ante omnino quam res postulat dicuntur. Nam qui ita dicit: 'si hoc feceris, cupide fecisse diceris,' rem

were admonished by Castricius to consider what the force and value of the thought was, and not to allow our ears to be charmed by the rhythm of a well-turned sentence and through mere pleasure to confuse our judgment as well.

And when by this admonition he had made us more alert, "Look deeply," said he, "into the meaning of these words, and tell me pray, some of you, whether there is any weight or elegance in this sentence: 'If you rashly reject the things which all these years you have earnestly sought and longed for, it must be said either that you formerly sought them earnestly or now reject them without consideration.' For to whom of all men does it not occur, that it is certainly natural that you should be said earnestly to have sought what you earnestly sought, and to have rejected without consideration what you rejected without consideration? But I think," said he, "if it had been written thus: 'If you now reject what you have sought and longed for these many years, it must be said that you formerly sought it earnestly or that you now reject it without consideration'; if," said he, "it were spoken thus, the sentence would be weightier and more solid and would arouse some reasonable expectation in the hearer; but as it is, these words 'earnestly' and 'without consideration,' on which the whole effect of the sentence rests, are not only spoken at the end of the sentence, but are also put earlier where they are not needed, so that what ought to arise and spring from the very conception of the subject is spoken wholly before the subject demands it. For one who says: 'If you do this, you will be said to have done it earnestly,' says something that is composed and

dicit sensus alicuius ratione conlectam et consertam ;
 qui vero ita dicit : ‘ si cupide feceris, cupide fecisse
 diceris,’ non longe secus dicit atque si diceret : ‘ si
 10 cupide feceris, cupide feceris.’ Haec ego,” inquit,
 “admonui, non ut C. Graccho vitio darem,—dii
 enim mentem meliorem mihi ! nam, si quicquam in
 tam fortis facundiae viro vitii vel erroris esse dici
 potest, id omne et auctoritas eius exhausit et
 vetustas consumpsit,—sed uti caveretis ne vos facile
 praestringeret modulatus aliqui currentis facundiae
 sonitus atque ut vim ipsam rerum virtutemque ver-
 borum prius pensitaretis et, si quidem gravis atque
 integra et sincera sententia diceretur, tum, si ita
 videretur, gressibus quoque ipsis orationis¹ et gesti-
 bus plauderetis ; si vero frigidi et leves et futtiles
 sensus in verba apte numeroseque posita includeren-
 tur, non esse id secus crederetis quam cum homines
 insigni deformitate ac facie deridicula imitantur
 histriones et gestiunt.”

XIV

Sobria et pulcherrima Romuli regis responsio circa vini
 usum.

- 1 SIMPLICISSIMA suavitate et rei et orationis L. Piso
 Frugi usus est in primo *Annali*, cum de Romuli regis
 2 vita atque victu scriberet. Ea verba, quae scripsit,
 haec sunt : “ Eundem Romulum dicunt, ad cenam

¹ oratoris, *Eussner*.

arranged with some regard to sense; but one who says: 'If you do it earnestly, you will be said to have done it earnestly,' speaks in much the same way as if he should say: 'If you do it earnestly, you will do it earnestly.' I have warned you of this," said he, "not with the idea of censuring Gaius Gracchus—may the gods give me a wiser mind! for if any fault or error can be mentioned in a man of such powerful eloquence, it is wholly excused by his authority and overlooked in view of his antiquity—but in order that you might be on your guard lest the rhythmic sound of any flowing eloquence should easily dazzle you, and that you might first balance the actual weight of the substance against the high quality of the diction; so that if any sentence was uttered that was weighty, honest and sound, then, if you thought best, you might praise also the mere flow of the language and the delivery; that if, on the contrary, thoughts that were cold, trifling and futile should be conveyed in words neatly and rhythmically arranged, they might have the same effect upon you as when men conspicuous for their deformity and their ludicrous appearance imitate actors and play the buffoon."

XIV

The discreet and admirable reply of King Romulus as to his use of wine.

LUCIUS PISO FRUGI has shown an elegant simplicity of diction and thought in the first book of his *Annals*, when writing of the life and habits of King Romulus. His words are as follows:¹ "They say also of

¹ Fr. 8, Peter.

vocatum, ibi non multum bibisse, quia postridie negotium haberet. Ei dicunt: 'Romule, si istud omnes homines faciant, vinum vilius sit.' His respondit: 'immo vero carum, si quantum quisque volet bibat; nam ego bibi, quantum volui.'"

XV

De "ludibundo" et "errabundo" atque id genus verborum productionibus; et quod Laberius sic "amorabundam" dixit, ut dicitur "ludibunda" et "errabunda"; atque inibi quod Sisenna per huiuscemodi verbum nova figura usus est.

- 1 LABERIUS in *Lacu Averno* mulierem amantem,
 2 verbo inusitatius ficto, "amorabundam" dixit. Id
 verbum Caesellius Vindex in *Commentario Lectio-*
num Antiquarum ea figura scriptum dixit, qua "ludi-
bunda" et "ridibunda" et "errabunda" dicitur
 3 "ludens" et "ridens" et "errans." Terentius
 autem Scaurus, divi Hadriani temporibus grammati-
 cus vel nobilissimus, inter alia quae *De Caeselli*
Erroribus composuit, in hoc quoque verbo errasse eum
 scripsit, quod idem esse putaverit "ludens" et
 "ludibunda," "ridens" et "ridibunda," "errans"
 et "errabunda." "Nam 'ludibunda,'" inquit, "et
 'ridibunda' et 'errabunda' ea dicitur quae luden-
 tem vel ridentem vel errantem agit aut simulat."
 4 Sed qua ratione Scaurus adductus sit ut Cae-
 sellium in eo reprehenderet, non hercle reperiebamus.
 Non est enim dubium quin haec, genere ipso dum-

¹ That is, his table companions.

Romulus, that being invited to dinner, he drank but little there, giving the reason that he had business for the following day. They¹ answer: 'If all men were like you, Romulus, wine would be cheaper.' 'Nay, dear,' answered Romulus, 'if each man drank as much as he wished; for I drank as much as I wished.'"

XV

On *ludibundus* and *errabundus* and the suffix in words of that kind; that Laberius used *amorabunda* in the same way as *ludibunda* and *errabunda*; also that Sisenna in the case of a word of that sort made a new form.

LABERIUS in his *Lake Avernus* spoke² of a woman in love as *amorabunda*, coining a word in a somewhat unusual manner. Caesellius Vindex in his *Commentary on Archaic Words* said that this word was used on the same principle that *ludibunda*, *ridibunda* and *errabunda* are used for *ludens*, *ridens* and *errans*. But Terentius Scaurus, a highly distinguished grammarian of the time of the deified Hadrian, among other things which he wrote *On the Mistakes of Caesellius*, declared³ that about this word also he was wrong in thinking that *ludens* and *ludibunda*, *ridens* and *ridibunda*, *errans* and *errabunda* were identical. "For *ludibunda*, *ridibunda*, and *errabunda*," he says, "are applied to one who plays the part of, or imitates, one who plays, laughs or wanders."

But why Scaurus was led to censure Caesellius on this point, I certainly could not understand. For there is no doubt that these words, each after its

¹ 57, Ribbeck².

² Fr. 9, Kummrow.

taxat, idem significant quod ea demonstrant a quibus producuntur. Quid esset autem ludentem agere vel imitari non intellegere videri maluimus quam insimulare eum tamquam ipsum minus intellegentem.

- 5 Quin magis Scaurum oportuit, commentaria Caeselli criminantem, hoc ab eo praeteritum requirere, quod non dixerit an quid et quantum differret a "ludibundo" "ludens" et "ridibundo" "ridens" et "errabundo" "errans" ceteraque quae horum sunt similia, an a principalibus verbis paulum aliquid distarent, et quam omnino vim haberet particula
- 6 haec extrema eiusmodi vocabulis addita. Hoc enim fuit potius requirendum in istiusmodi figurae tractatu, sicuti requiri solet in "vinulento" et "lutulento" et "turbulento," vacuane et inanis sit istaec productio, cuiusmodi sunt quae παραγωγάς Graeci dicunt, an extrema illa particula habeat aliquid suae propriae significationis.
- 7 Cum reprehensionem autem illam Scauri notaremus, in memoriam nobis rediit quod Sisenna in quarto *Historiarum* eiusdem figurae verbo ita usus est. "Populabundus," inquit, "agros ad oppidum pervenit," quod scilicet significat "cum agros popularetur," non, ut Scaurus in consimilibus verbis ait, "cum populantem ageret" vel "cum imitaretur."
- 8 Sed inquirentibus nobis quaenam ratio et origo esset huiusmodi figurae "populabundus" et "errabundus" et "laetabundus" et "ludibundus" multorumque aliorum id genus verborum, ἐπιβόλως hercle Apollinaris noster videri sibi ait particulam istam postremam in quam verba talia exeunt vim et copiam et quasi abundantiam rei cuius id verbum

¹ That is, "an addition to the end of a syllable."

² Fr. 55, Peter.

own kind, have the same meaning that is indicated by the words from which they are derived. But I should prefer to seem not to understand the meaning of "act the laughter" or "imitate the laughter" rather than charge Scaurus himself with lack of knowledge. But Scaurus ought rather, in censuring the commentaries of Caesellius, to have taken him to task for what he left unsaid; namely, whether *ludibundus*, *ridibundus* and *errabundus* differ at all from *ludens*, *ridens* and *errans*, and to what extent, and so with other words of the same kind; whether they differ only in some slight degree from their primitives, and what is the general force of the suffix which is added to words of that kind. For in examining a phenomenon of that nature that were a more pertinent inquiry, just as in *vinulentus*, *lutulentus* and *turbulentus* it is usual to ask whether that suffix is superfluous and without meaning, *παραγωγή*, as the Greeks say,¹ or whether the suffix has some special force of its own.

However, in noting this criticism of Scaurus it occurred to me that Sisenna, in the fourth book of his *Histories*, used a word of the same form. He says:² "He came to the town, laying waste the fields (*populabundus*)," which of course means "while he was laying waste the fields," not, as Sisenna says of similar words, "when he played the part of, or imitated, one laying waste."

But when I was inquiring about the signification and origin of such forms as *populabundus*, *errabundus*, *laetabundus*, *ludibundus*, and many other words of that kind, our friend Apollinaris—very appositely by Heaven!—remarked that it seemed to him that the final syllable of such words indicated force and abundance, and as it were, an excess of the quality belonging to

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

esset demonstrare, ut "laetabundus" is dicatur qui abunde laetus sit, et "errabundus," qui longo atque abundanti errore sit, ceteraque omnia ex ea figura ita dici ostendit, ut productio haec et extremitas largam et fluentem vim et copiam declararet.

XVI

Quod Graecorum verborum quorundam difficillima est in Latinam linguam mutatio, velut quod Graece dicitur πολυπραγμοσύνη.

- 1 ADIECIMUS saepe animum ad vocabula rerum non paucissima quae neque singulis verbis, ut a Graecis, neque, si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione
2 possunt quam Graeci ea dicunt privis vocibus. Nuper etiam cum adlatus esset ad nos Plutarchi liber et eius libri indicem legissemus, qui erat Περὶ Πολυπραγμοσύνης, percontanti cuiquam qui et litterarum et vocum Graecarum expertus fuit cuiusnam liber et qua de re scriptus esset, nomen quidem scriptoris statim diximus, rem de qua scriptum¹ fuit dicturi,
3 haesimus. Ac tum quidem primo, quia non satis commode opinabar interpretaturum me² esse, si dicerem librum scriptum "De Negotiositate," aliud institui aput me exquirere, quod, ut dicitur, verbum
4 de verbo expressum esset. Nihil erat prorsus quod

¹ scriptus, *J. Gronov.*

² me added by *Hertz.*

¹ In general these words in-bundus have the same force as the pres. participle; the intensive force in a few words

the primitive word. Thus *laetabundus* is used of one who is excessively joyful, and *errabundus* of one who has wandered long and far, and he showed that all other words of that form are so used that this addition and ending indicates a great and overflowing force and abundance.¹

XVI

That the translation of certain Greek words into the Latin language is very difficult, for example, that which in Greek is called *πολυπραγμοσύνη*.²

We have frequently observed not a few names of things which we cannot express in Latin by single words, as in Greek; and even if we use very many words, those ideas cannot be expressed in Latin so aptly and so clearly as the Greeks express them by single terms. Lately, when a book of Plutarch had been brought to me, and I had read its title, which was *Περὶ Πολυπραγμοσύνης*, a man who was unacquainted with Greek letters and words asked who the author was and what the book was about. The name of the writer I gave him at once, but I hesitated when on the point of naming the subject of the work. At first indeed, since it did not seem to me that it would be a very apt interpretation if I said that it was written *De Negotiositate* or "On Busyness," I began to rack my brains for something else which would render the title word for word, as the saying is. But there was absolutely nothing that comes originally from forms like *versabundus*, formed from intensive verbs. See Stolz, *Hist. Lat. Gr.* i, p. 570.

² The word means "being busy about many things," often with the idea of "officiousness" or "meddling."

aut meminissem legere me aut, si etiam vellem fingere, quod non insigniter asperum absurdumque esset, si¹ ex multitudine et negotio verbum unum compingerem, sicuti "multiiuga" dicimus et "multicolora" et "multiformia." Sed non minus inlepidè ita diceretur quam si interpretari voce una velis πολυφιλίαν aut πολυτροπίαν aut πολυσαρκίαν. Quamobrem, cum diutule tacitus in cogitando fuisset, respondi tandem non videri mihi significari eam rem posse uno nomine, et idcirco iuncta oratione quid vellet Graecum id verbum parabam² dicere.

"Ad multas igitur res adgressio earumque omnium rerum actio πολυπραγμοσύνη," inquam, "Graece dicitur, de qua hunc librum compositum esse, inscriptio ista indicat." Tum ille opicus, verbis meis inchoatis et inconditis adductus virtutemque esse πολυπραγμοσύνην ratus,³ "Hortatur," inquit, "nos profecto nescio quis hic Plutarchus ad negotia capessenda et ad res obeundas plurimas cum industria et celeritate, nomenque ipsius virtutis de qua locuturus esset libro ipsi, sicuti dicis, non incommode praescripsit." "Minime," inquam, "vero; neque enim ista omnino virtus est, cuius Graeco nomine argumentum hoc libri demonstratur, neque id quod tu opinare aut ego me dicere sentio aut Plutarchus facit. Deterret enim nos hoc quidem in libro, quam potest maxime, a varia⁴ promiscaque et non necessaria rerum cuius-

¹ velut si, *Skutsch*.

² parabam, *Skutsch*; pararam, *MSS.*

³ ratus, *Bentley*; iratus, *QZ*; tratus, *B*; omitted by *γ*.

⁴ a varia, *ς*; avaritia (-cia), *ω*.

I remembered to have read, or even that I could invent, that was not to a degree harsh and absurd, if I fashioned a single word out of *multitudo*, or "multitude," and *negotium*, or "business," in the same way that we say *multiugus* ("manifold"), *multicolorus* ("multicoloured") and *multiformius* ("multiform"). But it would be no less uncouth an expression than if you should try to translate by one word *πολυφιλία* (abundance of friends), *πολυτροπία* (versatility), or *πολυσαρκία* (fleshiness). Therefore, after spending a brief time in silent thought, I finally answered that in my opinion the idea could not be expressed by a single word, and accordingly I was preparing to indicate the meaning of that Greek word by a phrase.

"Well then," said I, "undertaking many things and busying oneself with them all is called in Greek *πολυπραγμοσύνη*, and the title shows that this is the subject of our book." Then that illiterate fellow, misled by my unfinished, rough-and-ready language and believing that *πολυπραγμοσύνη* was a virtue, said: "Doubtless this Plutarch, whoever he is, urges us to engage in business and to undertake very many enterprises with energy and dispatch, and properly enough he has written as the title of the book itself the name of this virtue about which, as you say, he is intending to speak." "Not at all," said I; "for that is by no means a virtue which, expressed by a Greek term, serves to indicate the subject of this book; and neither does Plutarch do what you suppose, nor do I intend to say that he did. For, as a matter of fact, it is in this book that he tries to dissuade us, so far as he can, from the haphazard, promiscuous and unnecessary planning and pursuit

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

9 cernendi plurimarum et cogitatione et petitione. Sed huius," inquam, "tui erroris culpam esse intellego in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere quod a Graecis perfectissime verbo uno et planissime dicitur."

XVII

Quid significet in veteribus praetorum edictis : " qui flumina retanda publice redempta habent."

- 1 EDICTA veterum praetorum sedentibus forte nobis in bibliotheca templi Traiani et aliud quid quaerentibus cum in manus incidissent, legere atque co-
- 2 gnoscere libitum est. Tum in quodam edicto antiquiore ita scriptum invenimus : " Qui flumina retanda publice redempta habent, si quis eorum ad me eductus fuerit, qui dicatur quod eum ex lege loca-
- 3 tionis facere oportuerit non fecisse." " Retanda " igitur quid esset quaerebatur.
- 4 Dixit ibi quispiam nobiscum sedens amicus meus in libro se Gavi *De Origine Vocabulorum VII.* legisse, " retas " vocari arbores quae aut ripis fluminum eminent aut in alveis eorum extarent, appellatasque esse a retibus, quod praetereuntes naves impedirent et quasi inretirent ; idcircoque sese arbitrari, " retanda "

¹ The *Bibliotheca Ulpia* in the temple in Trajan's forum. Other great public libraries at Rome were in Vespasian's temple of Peace (see v. 21. 9 and the note), in Augustus' temple of Apollo on the Palatine hill, and in the *porticus Octaviae*. The first public library at Rome was founded by Asinius Pollio.

of such a multitude of things. But," said I, "I realize that this mistake of yours is due to my imperfect command of language, since even in so many words I could not express otherwise than very obscurely what in Greek is expressed with perfect elegance and clearness by a single term."

XVII

The meaning of the expression found in the old praetorian edicts: "those who have undertaken public contracts for clearing the rivers of nets."

As I chanced to be sitting in the library of Trajan's temple,¹ looking for something else, the edicts of the early praetors fell into my hands, and I thought it worth while to read and become acquainted with them. Then I found this, written in one of the earlier edicts: "If anyone of those who have taken public contracts for clearing the rivers of nets shall be brought before me, and shall be accused of not having done that which by the terms of his contract he was bound to do." Thereupon the question arose what "clearing of nets" meant.

Then a friend of mine who was sitting with us said that he had read in the seventh book of Gavius *On the Origin of Words*² that those trees which either projected from the banks of rivers, or were found in their beds, were called *retae*, and that they got their name from nets, because they impeded the course of ships and, so to speak, netted them. Therefore he thought that the custom was to farm

² Fr. 2, Fun.; *Jur. Civ.* 126, Bremer.

flumina locari solita esse, id est purganda, ne quid aut morae aut periculi navibus in ea virgulta incidentibus fieret.

XVIII

Qua poena Draco Atheniensis, in legibus quas populo Atheniensi scripsit, fures adfecerit; et qua postea Solon; et qua item decemviri nostri, qui *Duodecim Tabulas* scripserunt; atque inibi adscriptum quod aput Aegyptios furta licita et permessa sunt, aput Lacedaemonios autem cum studio quoque adfectata et pro exercitio utili celebrata; ac praeterea M. Catonis de poeniendis furtis digna memoria sententia.

- 1 DRACO Atheniensis vir bonus multaque esse prudentia existimatus est iurisque divini et humani
- 2 peritus fuit. Is Draco leges, quibus Athenienses
- 3 uterentur, primus omnium tulit. In illis legibus furem cuiusmodicumque furti supplicio capitis poeniendum esse et alia pleraque nimis severe censuit sanxitque.
- 4 Eius igitur leges, quoniam videbantur impendio acerbiores, non decreto iussoque, set tacito inlitteratoque Atheniensium consensu oblitteratae sunt.
- 5 Postea legibus aliis mitioribus, a Solone compositis, usi sunt. Is Solon e septem illis inclutis sapientibus fuit. Is sua lege in fures, non, ut Draco antea, mortis, sed dupli poena vindicandum existimavit.
- 6 Decemviri autem nostri, qui post reges exactos leges, quibus populus Romanus uteretur, in *XII. Tabulis* scripserunt, neque pari severitate in poeni-

¹ See note 2, vol. i. p. 11.

out the rivers to be "cleaned of nets," that is to say, cleaned out, in order that vessels meeting such branches might suffer neither delay nor danger.

XVIII

The punishment which Draco the Athenian, in the laws which he made for his fellow-citizens, inflicted upon thieves; that of Solon later; and that of our own decemvirs, who compiled the *Twelve Tables*; to which it is added, that among the Egyptians thefts were permitted and lawful, while among the Lacedaemonians they were even strongly encouraged and commended as a useful exercise; also a memorable utterance of Marcus Cato about the punishment of theft.

DRACO the Athenian was considered a good man and of great wisdom, and he was skilled in law, human and divine. This Draco was the first of all to make laws for the use of the Athenians. In those laws he decreed and enacted that one guilty of any theft whatsoever should be punished with death, and added many other statutes that were excessively severe.

Therefore his laws, since they seemed very much too harsh, were abolished, not by order and decree, but by the tacit, unwritten consent of the Athenians. After that, they made use of other, milder laws, compiled by Solon. This Solon was one of the famous seven wise men.¹ He thought proper by his law to punish thieves, not with death, as Draco had formerly done, but by a fine of twice the value of the stolen goods.

But our decemvirs, who after the expulsion of the kings compiled laws on *Twelve Tables* for the use of the Romans, did not show equal severity in punish-

- endis omnium generum furibus neque remissa nimis
 7 lenitate usi sunt. Nam furem qui manifesto furto
 prœnsus esset tum demum occidi permiserunt, si aut,
 cum faceret furtum, nox esset, aut interdium telo se,
 8 cum prenderetur, defenderet. Ex ceteris autem
 manifestis furibus liberos verberari addicique iusse-
 runt ei cui furtum factum esset, si modo id luci
 fecissent neque se telo defendissent; servos item
 furti manifesti prensos verberibus adfici et e saxo
 praecipitari, sed pueros inpuberes praetoris arbitrato
 verberari voluerunt noxiamque ab his factam sarciri.
 9 Ea quoque furta quae per lancem liciumque con-
 cepta essent, proinde ac si manifesta forent, vindi-
 caverunt.
- 10 Sed nunc a lege illa decemvirali discessum est.
 Nam si qui super manifesto furto iure et ordine
 11 experiri velit, actio in quadruplum datur. "Mani-
 festum" autem "furtum est," ut ait Masurius, "quod
 deprehenditur dum fit. Faciendi finis est, cum
 12 perlatum est quo ferri coeperat." Furti concepti,
 item oblatis, tripli poena est.
- Sed quod sit "oblatus," quod "conceptus," et
 pleraque alia ad eam rem ex egregiis veterum
 moribus accepta neque inutilia cognitu neque inui-
 cunda qui legere volet, inveniet Sabini librum cui
 13 titulus est *De Furtis*. In quo id quoque scriptum

¹ viii. 13 ff.

² To be his bondsman, until the debt was paid.

³ That is, the Tarpeian Rock on the Capitoline Hill.

⁴ See Paul. Festus, pp. 104-5, Lindsay. The searchers were clad only in a girdle, that they might not be suspected of bringing anything in with them and saying that it had been stolen, and they held a perforated plate before their faces, because of the presence of the women of the household.

ing thieves of every kind, nor yet too lax leniency. For they permitted¹ a thief who was caught in the act to be put to death, only if it was night when he committed the theft, or if in the daytime he defended himself with a weapon when taken. But other thieves taken in the act, if they were freemen, the decemvirs ordered to be scourged and handed over² to the one from whom the theft had been made, provided they had committed the theft in daylight and had not defended themselves with a weapon. Slaves taken in the act were to be scourged and hurled from the rock,³ but they decided that boys under age should be flogged at the discretion of the praetor and the damage which they had done made good. Those thefts also which were detected by the girdle and mask,⁴ they punished as if the culprit had been caught in the act.

But to-day we have departed from that law of the decemvirs; for if anyone wishes to try a case of manifest theft by process of law, action is brought for four times the value. But "manifest theft," says Masurius,⁵ "is one which is detected while it is being committed. The act is completed when the stolen object is carried to its destination." When stolen goods are found in possession of the thief (*concepti*) or in that of another (*oblati*), the penalty is threefold.

But one who wishes to learn what *oblatum* means, and *conceptum*, and many other particulars of the same kind taken from the admirable customs of our forefathers, and both useful and agreeable to know, will consult the book of Sabinus entitled *On Thefts*. In this book there is also written⁶ a thing that is not

⁵ Fr. 7, Huschke; *Jur. Civ.* 126, Bremer (ii, p. 517).

⁶ Fr. 7, Huschke; 3-5, Bremer (ii, p. 383).

- est, quod volgo inopinatum est, non hominum tantum neque rerum moventium, quae auferri occulte et subripi possunt, sed fundi quoque et aedium fieri furtum; condemnatum quoque furti colonum, qui fundo quem conduxerat vendito, possessione eius
- 14 dominum intervertisset. Atque id etiam, quod magis inopinabile est, Sabinus dicit, furem esse hominis iudicatum, qui cum fugitivus praeter oculos forte domini iret, obtentu togae, tamquam se amiciens, ne videretur a domino, obstitisset.
- 15 Aliis deinde furtis omnibus, quae "nec manifesta"
- 16 appellantur, poenam imposuerunt dupli. Id etiam memini legere me in libro Aristonis iureconsulti, hautquaquam indocti viri, apud veteres Aegyptios, quod genus hominum constat et in artibus reperendis sollertes extitisse et in cognitione rerum indaganda sagaces, furta omnia fuisse licita et impunita.
- 17 Apud Lacedaemonios quoque, sobrios illos et acres viros, cuius rei non adeo ut Aegyptiis fides longinqua est, non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus legibusque eorum memorias condiderunt, ius atque usum fuisse furandi dicunt, idque a iuventute eorum non ad turpia lucra neque ad sumptum libidini praebendum comparandamve opulentiam, sed pro exercitio disciplinae rei bellicae factitatum, quod et furandi sollertia et adsuetudo acueret firmaretque animos adulescentium et ad insidiarum astus et ad vigilandi tolerantiam et ad obrepenti celeritatem.
- 18 Sed enim M. Cato in oratione, quam *De Praeda*

¹ *XII. Tab.* viii. 16.

² *Fr. 1, Huschke*; ii. 2, p. 393, Bremer.

commonly known, that thefts are committed, not only of men and movable objects which can be purloined and carried off secretly, but also of an estate and of houses; also that a farmer was found guilty of theft, because he had sold the farm which he had rented and deprived the owner of its possession. And Sabinus tells this also, which is still more surprising, that one person was convicted of having stolen a man, who, when a runaway slave chanced to pass within sight of his master, held out his gown as if he were putting it on, and so prevented the slave from being seen by his master.

Then upon all other thefts, which were called "not manifest," they imposed a two-fold penalty.¹ I recall also that I read in the work of the jurist Aristo,² a man of no slight learning, that among the ancient Egyptians, a race of men known to have been ingenious in inventions and keen in getting at the bottom of things, thefts of all kinds were lawful and went unpunished.

Among the Lacedaemonians too, those serious and vigorous men (a matter for which the evidence is not so remote as in the case of the Egyptians) many famous writers, who have composed records of their laws and customs, affirm that thieving was lawful and customary, and that it was practised by their young men, not for base gain or to furnish the means for indulgence or amassing wealth, but as an exercise and training in the art of war; for dexterity and practice in thieving made the minds of the youth keen and strong for clever ambuscades, and for endurance in watching, and for the swiftness of surprise.

Marcus Cato, however, in the speech which he

Militibus Dividenda scripsit, vehementibus et inlustribus verbis de impunitate peculatus atque licentia conqueritur. Ea verba, quoniam nobis impense placuerunt, adscripsimus: "Fures," inquit, "privatorum furtorum in nervo atque in compedibus aetatem agunt, fures publici in auro atque in purpura."

- 19 Quam caste autem ac religiose a prudentissimis viris quid esset "furtum" definitum sit, praeter eundem non puto, ne quis eum solum esse furem
 20 putet, qui occulte tollit aut clam subripit. Verba sunt Sabini ex libro *Iuris Civilis* secundo: "Qui alienam rem adtrectavit, cum id se invito domino facere
 21 iudicare deberet, furti tenetur." Item alio capite: "Qui alienum tacens¹ lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur, sive scit cuius sit, sive nescit."
 22 Haec quidem sic, in eo quo nunc dixi, Sabinus
 23 scripsit de rebus furti faciendi causa adtrectatis. Sed meminisse debemus, secundum ea quae supra scripsi, furtum sine ulla quoque adtrectatione fieri posse, sola
 24 mente atque animo ut furtum fiat adnitente. Quocirca ne id quidem Sabinus² dubitare se ait, quin dominus furti sit condemnandus qui servo suo uti furtum faceret imperavit.

¹ alienum quid iacens, *Dig.* xlvii. 2. 43. 4.

² *Fr.* 4, *H*; 127 *Br.*

¹ p. 69, 1, Jordan.

² *Fr.* 2, Huschke; 113, Bremer (ii, p. 513).


³ *Fr.* 3, Huschke; 119, Bremer (ii, p. 515).

⁴ *Fr.* 4, Huschke; 127, Bremer.

wrote *On Dividing Spoils among the Soldiers*, complains in strong and choice language about unpunished thievery and lawlessness. I have quoted his words, since they pleased me greatly :¹ "Those who commit private theft pass their lives in confinement and fetters; plunderers of the public, in purple and gold."

But I think I ought not to pass over the highly ethical and strict definition of theft made by the wisest men, lest anyone should consider him only a thief who privately purloins anything or secretly carries it off. The words are those of Sabinus in his second book *On Civil Law* :² "He is guilty of theft who has touched anything belonging to another, when he has reason to know that he does so against the owner's will." Also in another chapter :³ "He who silently carries off another's property for the sake of gain is guilty of theft, whether he knows to whom the object belongs or not."

Thus has Sabinus written, in the book which I just now mentioned, about handling things for the purpose of stealing them. But we ought to remember, according to what I have written above, that a theft may be committed even without touching anything, when the mind alone and the thoughts desire that a theft be committed. Therefore Sabinus says⁴ that he has no doubt that a master should be convicted of theft who has ordered a slave of his to steal something.



BOOK XII

LIBER DUODECIMUS

I

Dissertatio Favorini philosophi, qua suavit nobili feminae uti liberos quos peperisset, non nutricum aliarum, sed sibi suo lacte aleret.

- 1 NUNTIATUM quondam est Favorino philosopho, nobis praesentibus, uxorem auditoris sectatorisque sui paululum ante enixam auctumque eum esse nato
2 filio. "Eamus," inquit, "et puerum visum et patri gratulatum."
3 Is erat loci senatorii, ex familia nobiliore. Imus una qui tum aderamus prosecutique eum sumus ad domum quo pergebat, et cum eo simul introgressi
4 sumus. Tum in primis aedibus complexus hominem congratulatusque adsedit. Atque ubi percontatus est quam diutinum puerperium et quam laboriosi nixus fuissent, puellamque defessam labore ac vigilia somnum capere cognovit, fabulari instituit prolixius et: "Nihil," inquit, "dubito quin filium lacte suo
5 nutritura sit." Sed cum mater puellae parcendum esse ei diceret adhibendasque puero nutrices, ne ad dolores quos in enitendo tulisset munus quoque nutritionis grave ac difficile accederet, "Oro te," inquit, "mulier, sine eam totam integram matrem

¹ The addition of a son to his family gave the father certain privileges.

BOOK XII

I

A discourse of the philosopher Favorinus, in which he urged a lady of rank to feed with her own milk, and not with that of other nurses, the children whom she had borne.

WORD was once brought in my presence to the philosopher Favorinus that the wife of an auditor and disciple of his had been brought to bed a short time before, and that his pupil's family had been increased by the birth of a son. "Let us go," said he, "both to see the child and to congratulate the father." ¹

The father was of senatorial rank and of a family of high nobility. We who were present at the time went with Favorinus, attended him to the house to which he was bound, and entered it with him. Then the philosopher, having embraced and congratulated the father immediately upon entering, sat down. And when he had asked how long the labour had been and how difficult, and had learned that the young woman, overcome with fatigue and wakefulness, was sleeping, he began to talk at greater length and said: "I have no doubt she will suckle her son herself!" But when the young woman's mother said to him that she must spare her daughter and provide nurses for the child, in order that to the pains which she had suffered in childbirth there might not be added the wearisome and difficult task of nursing, he said: "I beg you, madam, let her be wholly and

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

6 esse filii sui. Quod est enim hoc contra naturam
imperfectum atque dimidiatum matris genus, pepe-
risse ac statim a sese abiēcisse? aluisse in utero
sanguine suo nescio quid quod non videret, non
alere nunc suo lacte quod videat, iam viventem, iam
7 hominem, iam matris officia inplorantem? An tu
quoque," inquit, "putas naturam feminis mammaram
ubera quasi quosdam venustiores naevulos, non
liberum alendorum, sed ornandi pectoris causa
8 dedisse? Sic enim, quod a vobis scilicet abest,
pleraeque istae prodigiosae mulieres fontem illum
sanctissimum corporis, generis humani educatorem,
arefacere et extinguere cum periculo quoque aversi
corruptique lactis laborant, tamquam pulcritudinis
sibi insignia devenustet, quod quidem faciunt eadem
vecordia, qua quibusdam commenticiis fraudibus
nituntur ut fetus quoque ipsi, in corpore suo concepti,
aboriantur, ne aequor illud ventris inrugetur ac de
9 gravitate oneris et labore partus fatiscat. Quod
cum sit publica detestatione communique odio
dignum, in ipsis hominem primordiis, dum fingitur,
dum animatur, inter ipsas artificis naturae manus
interfectum ire, quantum hinc abest, iam per-
fectum, iam genitum, iam filium proprii atque con-
sueti atque cogniti sanguinis alimonia privare?
10 "Sed nihil interest," hoc enim dicitur, "dum
11 alatur et vivat, cuius id lacte fiat." Cur igitur iste
qui hoc dicit, si in capessendis naturae sensibus tam

entirely the mother of her own child. For what kind of unnatural, imperfect and half-motherhood is it to bear a child and at once send it away from her? to have nourished in her womb with her own blood something which she could not see, and not to feed with her own milk what she sees, now alive, now human, now calling for a mother's care? Or do you too perhaps think," said he, "that nature gave women nipples as a kind of beauty-spot, not for the purpose of nourishing their children, but as an adornment of their breast? For it is for that reason (though such a thing is of course far from your thoughts) that many of those unnatural women try to dry up and check that sacred fount of the body, the nourisher of mankind, regardless of the danger of diverting and spoiling the milk, because they think it disfigures the charms of their beauty. In so doing they show the same madness as those who strive by evil devices to cause abortion of the fetus itself which they have conceived, in order that their beauty may not be spoiled by the weight of the burden they bear and by the labour of parturition. But since it is an act worthy of public detestation and general abhorrence to destroy a human being in its inception, while it is being fashioned and given life and is still in the hands of Dame Nature, how far does it differ from this to deprive a child, already perfect, already brought into the world, already a son, of the nourishment of its own familiar and kindred blood?

"'But it makes no difference,' for so they say, 'provided it be nourished and live, by whose milk that is effected.' Why then does not he who affirms this, if he is so dull in comprehending natural feel-

obsurduit, non id quoque nihil interesse putat, cuius
 in corpore cuiusque ex sanguine concretus homo et
 12 coalitus sit? an quia spiritu multo et calore exalbuit,
 non idem sanguis est nunc in uberibus, qui in utero
 13 fuit? Nonne hac quoque in re sollertia naturae
 evidens est, quod, postquam sanguis ille opifex in
 penetralibus suis omne corpus hominis finxit, adven-
 tante iam partus tempore, in supernas se partis
 perfert, ad fovenda vitae atque lucis rudimenta
 praesto est et recens natis notum et familiarem
 14 victum offert? Quamobrem non frustra creditum
 est, sicut valeat ad fingendas corporis atque animi
 similitudines vis et natura seminis, non secus ad
 eandem rem lactis quoque ingenia et proprietates
 15 valere. Neque in hominibus id solum, sed in pecu-
 dibus quoque animadversum. Nam si ovium lacte
 haedi aut caprarum agni alantur, constat ferme in
 his lanam duriores, in illis capillum gigni teneriores.
 16 In arboribus etiam et frugibus maior plerumque vis
 et potestas est ad earum indolem vel detrectandam
 vel augendam aquarum atque terrarum quae alunt,
 quam ipsius quod iacitur seminis, ac saepe videas
 arborem laetam et nitentem, in locum alium transpo-
 17 sitam, deterioris terrae suco deperisse. Quae, malum,
 igitur ratio est, nobilitatem istam nati modo hominis
 corpusque et animum, bene ingeniatis primordiis in-
 choatum, insitivo degenerique alimento lactis alieni
 corrumpere? praesertim si ista quam ad praebendum
 lactem adhibebitis, aut serva aut servilis est et, ut
 plerumque solet, externae et barbarae nationis est,¹
 si improba, si informis, si inpudica, si temulenta est;

¹ et si improba, *Damsté*.

ing, think that it also makes no difference in whose body and from whose blood a human being is formed and fashioned? Is the blood which is now in the breasts not the same that it was in the womb, merely because it has become white from abundant air and warmth? Is not the wisdom of nature evident also in this, that as soon as the blood, the artificer, has fashioned the whole human body within its secret precincts, when the time for birth comes, it rises into the upper parts, is ready to cherish the first beginnings of life and of light, and supplies the newborn children with the familiar and accustomed food? Therefore it is believed not without reason that, just as the power and nature of the seed are able to form likenesses of body and mind, so the qualities and properties of the milk have the same effect. And this is observed not only in human beings, but in beasts also; for if kids are fed on the milk of ewes, or lambs on that of goats, it is a fact that as a rule the wool is harsher in the former and the hair softer in the latter. In trees too and grain the power and strength of the water and earth which nourish them have more effect in retarding or promoting their growth than have those of the seed itself which is sown; and you often see a strong and flourishing tree, when transplanted to another spot, die from the effect of an inferior soil. What the mischief, then, is the reason for corrupting the nobility of body and mind of a newly born human being, formed from gifted seeds, by the alien and degenerate nourishment of another's milk? Especially if she whom you employ to furnish the milk is either a slave or of servile origin and, as usually happens, of a foreign and barbarous nation, if she is dishonest, ugly,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

nam plerumque sine discrimine, quaecumque id temporis lactans est adhiberi solet.

- 18 “ Patiemurne igitur infantem hunc nostrum pernicioso contagio infici et spiritum ducere in animum atque in corpus suum ex corpore et animo deterrimo?
 19 Id hercule ipsum est quod saepenumero miramur, quosdam pudicarum mulierum liberos parentum suorum neque corporibus neque animis similes
 20 existere. Scite igitur et perite noster Maro, quod, cum versus illos Homeri consecraretur :

οὐκ ἄρα σοί γε πατήρ ἦν ἰππότα Πηλεύς,
 Οὐδὲ Θέτις μήτηρ· γλαυκὴ δέ σε τίκτε θάλασσα
 Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτι τοι νόος ἐστὶν ἀπηνής,

non partionem solam, tamquam ille quem sequēbatur, sed alituram quoque feram et saevam criminatus est ; addidit enim hoc de suo :

Hyrcaenaeque admorunt ubera tigres,

quoniam videlicet in moribus inolescendis magnam fere partem ingenium altricis et natura lactis tenet, quae iam a principio imbuta paterni seminis concretionē, ex matris etiam corpore et animo recentem indolem configurat.

- 21 “ Et praeter haec autem, quis illud etiam neglegere aspernarique possit, quod quae partus suos deserunt ablegantque a sese et aliis nutriendos dedunt, vinculum illud coagulumque animi atque amoris, quo parentes cum filiis natura consociat, interscin-

¹ *Iliad* xvi. 33 ff.

² *Aen.* iv. 366 f.

unchaste and a wine-bibber; for as a rule anyone who has milk at the time is employed and no distinction made.

“ Shall we then allow this child of ours to be infected with some dangerous contagion and to draw a spirit into its mind and body from a body and mind of the worst character? This, by Heaven! is the very reason for what often excites our surprise, that some children of chaste women turn out to be like their parents neither in body nor in mind. Wisely then and skilfully did our Maro make use of these lines of Homer: ¹

The horseman Peleus never was thy sire,
Nor Thetis gave thee birth; but the gray sea
Begot thee, and the hard and flinty rocks;
So savage is thy mind.

For he bases his charge, not upon birth alone, as did his model, but on fierce and savage nurture, for his next verse reads :

And fierce Hyrcanian tigers gave thee suck. ²

And there is no doubt that in forming character the disposition of the nurse and the quality of the milk play a great part; for the milk, although imbued from the beginning with the material of the father's seed, forms the infant offspring from the body and mind of the mother as well.

“ And in addition to all this, who can neglect or despise this consideration also, that those who desert their offspring, drive them from them, and give them to others to nurse, do sever, or at any rate loosen and relax, that bond and cementing of the mind and of affection with which nature attaches

- 22 dunt aut certe quidem diluunt deteruntque. Nam ubi infantis aliorum dati facta ex oculis amolitiost, vigor ille maternae flagrantiae sensim atque paulatim restinguitur omnisque impatientissimae sollicitudinis strepitus consilescit, neque multo minor amendati ad nutricem aliam filii, quam morte amissi, oblivios.
- 23 Ipsius quoque infantis adfectio animi, amoris, consuetudinis¹ in ea sola unde alitur occupatur, et proinde, ut in expositis usu venit, matris quae genuit neque sensum ullum neque desiderium capit. Ac propterea, oblitteratis et abolitis nativae pietatis elementis, quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis et opinabilis."
- 24 Haec Favorinum dicentem audivi Graeca oratione. Cuius sententias communis utilitatis gratia, quantum meminisse potui, rettuli, amoenitates vero et copias ubertatesque verborum Latina omnis facundia vix quaedam indipisci potuerit, mea tenuitas nequaquam.

II

Quod Annaeus Seneca, iudicans de Q. Ennio deque M. Tullio, levi futtilique iudicio fuit.

- 1 DE Annaeo Seneca partim existimant ut de scriptore minime utili, cuius libros adtingere nullum pretium operae sit, quod oratio eius vulgaria videatur et protrita, res atque sententiae aut inepto inanique

¹ amoris consuetudine, *Eussnen*

parents to their children? For when the child is given to another and removed from its mother's sight, the strength of maternal ardour is gradually and little by little extinguished, every call of impatient anxiety is silenced, and a child which has been given over to another to nurse is almost as completely forgotten as if it had been lost by death. Moreover, the child's own feelings of affection, fondness, and intimacy are centred wholly in the one by whom it is nursed, and therefore, just as happens in the case of those who are exposed at birth, it has no feeling for the mother who bore it and no regret for her loss. Therefore, when the foundations of natural affection have been destroyed and removed, however much children thus reared may seem to love their father and mother, that affection is in a great measure not natural but merely courteous and conventional."

I heard Favorinus make this address in the Greek language. I have reproduced his sentiments, so far as I was able, for the sake of their general utility, but the elegance, copiousness and richness of his words hardly any power of Latin eloquence could equal, least of all my humble attainments.

II

That the judgment passed by Annaeus Seneca on Quintus Ennius and Marcus Cicero was trifling and futile.

SOME think of Annaeus Seneca as a writer of little value, whose works are not worth taking up, since his style seems commonplace and ordinary, while the matter and the thought are characterized, now by a foolish and empty vehemence, now by an empty and

impetu sint aut levi et caustidicali argutia, eruditio autem vernacula et plebeia nihilque ex veterum scriptis habens neque gratiae neque dignitatis. Alii vero elegantiae quidem in verbis parum esse non infitias eunt, sed et rerum quas dicat scientiam doctrinamque ei non deesse dicunt et in vitiis morum obiurgandis severitatem gravitatemque non investant. Mihi de omni eius ingenio deque omni scripto iudicium censuramque facere non necessum est; sed quod de M. Cicerone et Q. Ennio et P. Vergilio iudicavit, ea res cuiusmodi sit, ad considerandum ponemus.

3 In libro enim vicesimo secundo *Epistularum Moralium* quas ad Lucilium composuit, deridiculos versus Q. Ennium de Cetego antiquo viro fecisse hos dicit :

is dictust ollis popularibus olim
 Qui tum vivebant homines atque aevum agitabant,¹
 Flos delibatus populi, Suadaeque² medulla.

4 Ac deinde scripsit de isdem versibus verba haec :
 "Admiror eloquentissimos viros et deditos Ennio pro optimis ridicula laudasse. Cicero certe inter
 5 bonos eius versus et hos refert." Atque id etiam de Cicerone dicit : "Non miror," inquit, "fuisse qui hos versus scriberet, cum fuerit qui laudaret; nisi forte Cicero summus orator agebat causam suam

¹ agebant, *cod. l. Cic.*

² suadaque, *Cic.*; suada, *ω.*

¹ Besides Caligula, who called Seneca's essays "mere declamation exercises" and his style "sand without lime" (*Suet. Calig. liii*), there were other critics of Seneca in his own day, as well as in the following Flavian epoch.

affected cleverness; and because his learning is common and plebeian, gaining neither charm nor distinction from familiarity with the earlier writers.¹ Others, on the contrary, while not denying that his diction lacks elegance, declare that he is not without learning and a knowledge of the subjects which he treats, and that he censures the vices of the times with a seriousness and dignity which are not wanting in charm. I myself do not feel called upon to criticize and pass judgment upon his talents in general, or upon his writings as a whole; but I shall select for consideration the nature of the opinions which he has expressed about Marcus Cicero, Quintus Ennius and Publius Vergilius.

For in the twenty-second book of his *Moral Epistles*, which he addressed to Lucilius, he says² that the following verses which Quintus Ennius wrote³ about Cethegus, a man of the olden time, are absurd:

He by his fellow citizens was called,
By every man who lived and flourished then,
The people's chosen flower, Persuasion's marrow.

He then wrote the following about these lines: "I am surprised that men of great eloquence, devoted to Ennius, have praised those absurd verses as his best. Cicero, at any rate, includes them among examples of his good verses."⁴ He then goes on to say of Cicero: "I am not surprised that there existed a man who could write such verses, when there existed a man who could praise them; unless haply Cicero, that great orator, was pleading his own cause

¹ pp. 610 f. Hense; except for these fragments, only twenty books have come down to us.

² *Ann.* 306 ff., Vahlen²; quoted by Cicero, *Brut.* 58.

⁴ *Cic. Brut.* 58.

- 6 et volebat suos¹ versus videri bonos." Postea hoc etiam addidit insulsissime: "Aput ipsum quoque," inquit, "Ciceronem invenies, etiam in prosa oratione, quaedam ex quibus intellegas illum non perdidisse
7 operam, quod Ennium legit." Ponit deinde quae apud Ciceronem reprehendat, quasi Enniana, quod ita scripserit in libris *De Republica*: "Ut Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas," et quod alio in loco dixerit: "breviloquentiam in dicendo colit." Atque ibi homo nugator Ciceronis errores deprecatur et: "Non fuit," inquit, "Ciceronis hoc vitium, sed temporis; necesse erat haec dici,
9 cum illa legerentur." Deinde adscribit Ciceronem haec ipsa interposuisse ad effugiendam infamiam nimis lascivae orationis et nitidae.
- 10 De Vergilio quoque eodem in loco verba haec ponit: "Vergilius quoque noster non ex alia causa duos quosdam versus et enormes et aliquid supra mensuram trahentis interposuit quam ut Ennianus populus adgnosceret in novo carmine aliquid antiquitatis."
- 11 Sed iam verborum Senecae piget; haec tamen inepti et insubidi hominis ioca non praeteribo: "Quidam sunt," inquit, "tam magni sensus Q. Ennii, ut, licet scripti sint inter hircosos, possint tamen inter unguentatos placere"; et, cum reprehendisset versus quos supra de Cetego posuimus: "Qui huiuscemodi," inquit, "versus amant, liqueat tibi eosdem admirari et Soterici lectos."

¹ suos, *Skutsch*; hos, *MSS.*

¹ V. 9, 11.

² Lit., "those who smell like a he-goat"; cf. *Hor. Serm. i. 2. 27*, pastillos Rufillus olet, Gargonius hircum; *Epod. xii. 5.*

and wished his own verse to appear excellent." Later he adds this very stupid remark: "In Cicero himself too you will find, even in his prose writings, some things which will show that he did not lose his labour when he read Ennius." Then he cites passages from Cicero which he criticizes as taken from Ennius; for example, when Cicero wrote as follows in his *Republic*:¹ "As Menelaus, the Laconian, had a kind of sweet-speaking charm," and said in another place: "he cultivates brevity of speech in his oratory." And then that trifler apologizes for what he considers Cicero's errors, saying: "This was not the fault of Cicero, but of the times; it was necessary to say such things when such verses were read." Then he adds that Cicero inserted these very things in order to escape the charge of being too diffuse and ornamental in his style.

In the same place Seneca writes the following about Virgil also: "Our Virgil too admitted some verses which are harsh, irregular and somewhat beyond the proper length, with no other motive than that those who were devoted to Ennius might find a flavour of antiquity in the new poem."

But I am already weary of quoting Seneca; yet I shall not pass by these jokes of that foolish and tasteless man: "There are some thoughts in Quintus Ennius," says he, "that are of such lofty tone that though written among the unwashed,² they nevertheless can give pleasure among the anointed"; and, after censuring the verses about Cethegus which I have quoted above, he said: "It would be clear to you that those who love verses of this kind admire even the couches of Sotericus."³

¹ Obviously, an unskilful workman.

- 12 Dignus¹ sane² Seneca videatur lectione ac studio
 adolescentium, qui honorem coloremque veteris
 orationis Soterici lectis compararit, quasi minimae
 13 scilicet gratiae et relictis iam contemptisque.³ Audias
 tamen commemorari ac referri pauca quaedam quae
 idem ipse Seneca bene dixerit, quale est illud, quod
 in hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem
 dixit: "Quid enim refert quantum habeas? multo
 14 illud plus est quod non habes." Benene hoc? sane
 bene; sed adolescentium indolem non tam iuvant
 quae bene dicta sunt quam inficiunt quae pessime,
 multoque tanto magis, si et plura sunt quae deteriora
 sunt, et quaedam in his non pro enthymemate aliquo
 rei parvae ac simplicis, sed in re ancipiti pro consilio
 dicuntur.

III

Lictoris vocabulum qua ratione conceptum ortumque sit; et
 super eo diversae sententiae Valgi Rufi et Tulli Tironis.⁴

- 1 VALGIUS RUFUS in secundo librorum quos inscripsit
De Rebus per Epistulam Quaesitis, "lictorem" dicit a
 "ligando" appellatum esse, quod, cum magistratus
 populi Romani virgis quempiam verberari iussissent,
 crura eius et manus ligari vincirique a viatore
 solita sint, et inde is qui⁵ ex conlegio viatorum
 officium ligandi haberet "lictor" sit appellatus;

¹ indignus, *Skutsch*. ² iamne or anne, *Damsté*.

³ *Weiss* makes the sentence interrogative.

⁴ Tironis, *Bentley*; Ciceronis, O²X; Ciceronis versus
 accepti, ω (from lemma of xii. 4).

⁵ et inde is qui, *Mommsen*; is qui, δ; isque, γ.

Worthy indeed would Seneca appear¹ of the reading and study of the young, a man who has compared the dignity and beauty of early Latin with the couches of Sotericus, implying forsooth that they possessed no charm and were already obsolete and despised! Yet listen to the relation and mention of a few things which that same Seneca has well said, for example what he said of a man who was avaricious, covetous and thirsting for money: "Why, what difference does it make how much you have? There is much more which you do not have." Is not that well put? Excellently well; but the character of the young is not so much benefited by what is well said, as it is injured by what is very badly put; all the more so, if the bad predominates, and if a part of the bad is uttered, not as an argument about some slight and trivial affair, but as advice in a matter requiring decision.

III

The meaning and origin of the word *lictor* and the varying opinions of Valgius Rufus and Tullius Tiro on that subject.

VALGIUS RUFUS, in the second of the books which he entitled *On Matters Investigated by Letter*, says² that the *lictor* was so called from *ligando* or "binding," because when the magistrates of the Roman people had given orders that anyone should be beaten with rods, his legs and arms were always fastened and bound by an attendant, and therefore that the member of the college of attendants who had the duty of binding him was called a *lictor*. And he quotes as

¹ Ironical, of course.

² p. 485, Fun.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

utiturque ad eam rem testimonio M. Tulli verbaque eius refert ex oratione quae dicta est *Pro C. Rabirio* :

2 “Lictor,” inquit, “conliga manus.” Haec ita Valgius.

3 Et nos sane cum illo sentimus; sed Tiro Tullius M. Ciceronis libertus, “lictorem” vel a “limo” vel a “licio” dictum scripsit: “Licio enim transverso, quod ‘limum’ appellatur, qui magistratibus,” inquit, “praeministrabant cincti erant.”

4 Si quis autem est qui propterea putat probabilius esse quod Tiro dixit, quoniam prima syllaba in “lictore,” sicuti in “licio,” producta est et in eo verbo quod est “ligo” correpta est, nihil ad rem istud pertinet. Nam sicut a “ligando” “lictor” et a “legendo” “lector” et a “viendo” “vitor”¹ et “tuendo” “tutor” et “struendo” “structor” productis quae corripiebantur vocalibus dicta sunt.

IV

Versus accepti ex Q. Enni septimo *Annalium*, quibus depingitur finiturque ingenium comitasque hominis minoris erga amicum superiorem.

1 **DESCRIPTUM** definitumque est a Quinto Ennio in *Annali* septimo graphice admodum sciteque sub historia Gemini Servili, viri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi opportunitate, quanta rerum antiquarum morumque veterum ac novorum scientia quantaque servandi tuendique secreti religione, qualibus denique ad muniendas vitae molestias fomentis,

¹ vivendo victor, ω; corr. by Lachmann; vincendo vitor, ς.

evidence on this subject Marcus Tullius, citing these words from the speech entitled *In Defence of Gaius Rabirius*:¹ "Lictor, bind his hands." This is what Valgius says.

Now, I for my part agree with him; but Tullius Tiro, the freedman of Marcus Cicero, wrote² that the *lictor* got his name from *limus* or *licium*. "For," says he, "those men who were in attendance upon the magistrates were girt across with a kind of girdle called *limus*."

But if there is anyone who thinks that what Tiro said is more probable, because the first syllable³ in *lictor* is long like that of *licium*, but in the word *ligo* is short, that has nothing to do with the case. For in *lictor* from *ligando*, *lector* from *legendo*, *visor* from *viendo*, *tutor* from *tuendo*, and *structor* from *struendo*, the vowels, which were originally short, are lengthened.

IV

Lines taken from the seventh book of the *Annals* of Ennius, in which the courteous bearing of an inferior towards a friend of higher rank is described and defined.

QUINTUS ENNIUS in the seventh book of his *Annals* describes and defines very vividly and skilfully in his sketch of Geminus Servilius, a man of rank, the tact, courtesy, modesty, fidelity, restraint and propriety in speech, knowledge of ancient history and of customs old and new, scrupulousness in keeping and guarding a secret; in short, the various remedies and methods of relief and solace for guarding against the annoy-

¹ § 13.

² p. 8, Lion.

³ The vowel is long, not merely the syllable, as Gellius goes on to say.

levamentis, solacis amicum esse conveniat hominis
 2 genere et fortuna superioris. Eos ego versus non
 minus frequenti adsiduoque memoratu dignos puto
 3 quam philosophorum de officiis decreta. Ad hoc color
 quidam vestustatis in his versibus tam reverendus est,
 suavitas tam inpromisca tamque a fuce omni remota
 est, ut mea quidem sententia pro antiquis sacratisque
 amicitiae legibus observandi, tenendi colendique sint.
 4 Quapropter adscribendos eos existimavi, si quis iam
 statim desideraret :

Haec locutus vocat quocum bene saepe libenter
 Mensam sermonesque suos rerumque suarum
 Comiter inperit, magnam cum lassus diei
 Partem fuisset, de summis rebus regundis
 Consilio indu foro lato sanctoque senatu ;
 Cui res audacter magnas parvasque iocumque
 Eloqueretur sed cura¹ malaque et bona dictu
 Evomeret, si qui vellet, tutoque locaret,
 Quocum multa voluptas ac² gaudia clamque palam-
 que;

Ingenium cui nulla malum sententia suadet
 Ut faceret facinus levis aut malus ; doctus, fidelis,
 Suavis homo, facundus, suo contentus, beatus,
 Scitus, secunda loquens in tempore, commodus,
 verbum

Paucum, multa tenens antiqua sepulta, vetustas
 Quem facit et mores veteresque novosque tenen-
 tem,

Multorum veterum leges divumque hominumque ;
 Prudenter qui dicta loquive tacereve posset ;
 Hunc inter pugnas compellat Servilius sic.

¹ sed cura, *Hosius* (*sed = sine*) ; et cuncta, γ .

² ac, *added in σ* ; voluptas sibi fecit clamque, *Vahlen*¹.

ances of life, which the friend of a man who is his superior in rank and fortune ought to have. Those verses in my opinion are no less worthy of frequent, attentive perusal than the rules of the philosophers about duties. Besides this, there is such a venerable flavour of antiquity in these verses, such a sweetness, so unmixed and so removed from all affectation, that in my opinion they ought to be observed, remembered and cherished as old and sacred laws of friendship. Therefore I thought them worthy of quotation, in case there should be anyone who desired to see them at once :¹

So saying, on a friend he called, with whom
 He oft times gladly shared both board and speech
 And courteously informed of his affairs,
 On coming wearied from the sacred House
 Or Forum broad, where he all day had toiled,
 Directing great affairs with wisdom ; one with whom
 He freely spoke of matters great and small,
 Confiding to him thoughts approved or not,
 If he so wished, and found him trustworthy ;
 With whom he took much pleasure openly
 Or privily ; a man to whom no thought
 Suggested heedlessness or ill intent,
 A cultured, loyal and a winsome man,
 Contented, happy, learned, eloquent,
 Speaking but little and that fittingly,
 Obliging, knowing well all ancient lore,
 All customs old and new, the laws of man
 And of the gods, who with due prudence told
 What he had heard, or kept it to himself :
 Him 'mid the strife Servilius thus accosts.

¹ *Ann.* 234 ff., Vahlen.²

L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse picturamque istam morum et ingenii ipsius Q. Ennii factam esse.

V

Sermo Tauri philosophi de modo atque ratione tolerandi doloris secundum Stoicorum decreta.

- 1 Cum Delphos ad Pythia conventumque totius ferme Graeciae visendum philosophus Taurus iret nosque ei comites essemus inque eo itinere Lebadiam venissemus, quod est oppidum anticum in terra Boeotia, adfertur ibi ad Taurum amicum eius quempiam, nobilem in Stoica disciplina philosophum, aegra validudine oppressum, decumbere. Tunc omisso itinere, quod alioquin maturandum erat, et relictis vehiculis, pergit eum propere videre, nosque de more, quem in locum cumque iret, secuti sumus. Et ubi ad aedes in quis ille aegrotus erat pervenimus, videmus hominem doloribus cruciatibusque alvi, quod Graeci κόλον dicunt, et feбри simul rapida adffictari gemitusque ex eo compressos erumpere spiritusque et anhelitus e pectore eius evadere, non dolorem magis indicantes quam pugnam adversum dolorem.
- 2
- 3 Post deinde, cum Taurus et medicos accersisset conlocutusque de faciendā medella esset et eum ipsum ad retinendam patientiam, testimonio tolerantiae

¹ p. 51, Fun.

They say that Lucius Aelius Stilo used to declare¹ that Quintus Ennius wrote these words about none other than himself, and that this was a description of Quintus Ennius' own character and disposition.

V

A discourse of the philosopher Taurus on the manner and method of enduring pain, according to the principles of the Stoics.

WHEN the philosopher Taurus was on his way to Delphi, to see the Pythian games and the throng that gathered there from almost all Greece, I was his companion. And when, in the course of the journey, we had come to Lebadia, which is an ancient town in the land of Boeotia, word was brought to Taurus there that a friend of his, an eminent philosopher of the Stoic sect, had been seized with illness and had taken to his bed. Then interrupting our journey, which otherwise would have called for haste, and leaving the carriages, he hastened to visit his friend, and I followed, as I usually did wherever he went. When we came to the house in which the sick man was, we saw that he was suffering anguish from pains in the stomach, such as the Greeks call κόλος, or "colic," and at the same time from a high fever. The stifled groans that burst from him, and the heavy sighs that escaped his panting breast, revealed his suffering, and no less his struggle to overcome it.

Later, when Taurus had sent for physicians and discussed with them the means of cure, and had encouraged the patient to keep up his endurance by commending the fortitude which he was showing,

quam videbat perhibito, stabilisset, egressisque inde ad vehicula et ad comites rediremus: "Vidistis," inquit Taurus, "non sane iucundum spectaculum, sed cognitu tamen utile, congregientes conpugnantesque philosophum et dolorem. Faciebat vis illa et natura morbi, quod erat suum, distractionem cruciatumque membrorum, faciebat contra ratio et natura animi, quod erat aeque suum: perpetiebatur et cohibebat coercebatque infra sese violentias effrenati doloris. Nullos eiulatus, nullas conplorationes, ne ullas quidem voces indecoras edebat, signa tamen quaedam, sicut vidistis, existebant virtutis et corporis, de possessione hominis pugnantium."

4 Tum e sectatoribus Tauri iuvenis, in disciplinis philosophiae non ignavus, "Si tanta," inquit, "doloris acerbitas est, ut contra voluntatem contraque iudicium animi nitatur invitumque hominem cogat ad gemendum confitendumque de malo morbi saevientis, cur dolor aput Stoicos indifferens esse dicitur, non malum? Cur deinde aut Stoicus homo cogi aliquid potest aut dolor cogere, cum et dolorem Stoici nihil cogere et sapientem nihil cogi posse dicant?"

5 Ad ea Taurus vultu iam propemodum laetiore, delectatus enim videbatur inlecebra quaestionis, "Si iam amicus," inquit, "hic noster melius valeret, gemitus eiusmodi necessarios a calumnia defendisset et hanc, opinor, tibi quaestionem dissolvisset, me autem scis cum Stoicis non bene convenire, vel cum Stoa¹ potius; est enim pleraque et sibi et nobis incon-

¹ Stoa, *Thysius*; Stoica, *MSS.*; Stoa potius portica or secta, suggested by *Hosius* (but cf. *Porph. on Hor. Epist. i. l. 16-17*).

we left the house. And as we were returning to the carriages, and our companions, Taurus said: "You were witness of no very pleasant sight, it is true, but one which was, nevertheless, a profitable experience, in beholding the encounter and contest of a philosopher with pain. The violent character of the disorder, for its part, produced anguish and torture of body; reason and the spiritual nature, on the other hand, similarly played their part, supporting and restraining within bounds the violence of well-nigh ungovernable pain. He uttered no shrieks, no complaints, not even any unseemly outcries; yet, as you saw, there were obvious signs of a battle between soul and body for the man's possession."

Then one of the disciples of Taurus, a young man not untrained in philosophy, said: "If the bitterness of pain is such that it struggles against the will and judgment, forcing a man to groan involuntarily and confess the evil of his violent disorder, why is it said among the Stoics that pain is a thing indifferent and not an evil? Furthermore, why can a Stoic be compelled to do anything, or how can pain compel him, when the Stoics say that pain exerts no compulsion, and that a wise man cannot be forced to anything?"¹

To this Taurus, with a face that was now somewhat more cheerful, for he seemed pleased at being lured into a discussion, replied as follows: "If this friend of ours were now in better health, he would have defended such unavoidable groans against reproach and, I dare say, would have answered your question; but you know that I am no great friend of the Stoics, or rather, of the Stoa; for it is often

¹ iii. 168, Arn.

gruens, sicut libro quem supra illa re composuimus
 6 declaratur. Sed ut tibi a me mos geratur, dicam
 ego 'indoctius,' ut aiunt, 'et apertius,' quae fuisse
 dicturum puto sinuosius atque sollertius, si quis nunc
 adesset Stoicorum; nosti enim, credo, verbum illud
 vetus et pervolgatum:

*'Αμαθέστερόν πως εἶπὲ καὶ σαφέστερον λέγε.'*¹

Atque hinc exorsus de dolore atque de gemitu
 7 Stoici aegrotantis ita disseruit: "Natura," inquit,
 "omnium rerum quae nos genuit, induit nobis ino-
 levitque in ipsis statim principiis quibus nati sumus,
 amorem nostri et caritatem, ita prorsus ut nihil quic-
 quam esset carius pensiusque nobis quam nosmet
 ipsi, atque hoc esse fundamentum ratast conservan-
 dae hominum perpetuitatis, si unusquisque nostrum,
 simul atque editus in lucem foret, harum prius rerum
 sensum adfectionemque caperet quae a veteribus
 philosophis τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν appellata sunt; ut
 omnibus scilicet corporis sui commodis gauderet, ab
 incommodis omnibus abhorreret. Postea per incre-
 menta aetatis exorta e seminibus suis ratio et
 utendi consilii reputatio et honestatis utilitatisque
 verae contemplatio subtiliorque et exploratio com-
 modorum incommodorumque² dilectus; atque ita
 prae ceteris omnibus enituit et praefulsit decori et
 honesti dignitas ac, si ei retinendae obtinendaeve
 incommodum extrinsecus aliquod obstaret, contemp-
 tum est; neque aliud esse vere et simpliciter bonum
 nisi honestum, aliud quicquam malum nisi quod

¹ λέγε not in MSS. of Arist.

² incommodorum supplied by Bentley.

¹ Aristophanes, *Frogs*, 1445.

inconsistent with itself and with us, as is shown in the book which I have written on that subject. But to oblige you, I will say 'unlearnedly and clearly,' as the adage has it, what I imagine that any Stoic now present would have said more intricately and cleverly. For you know, I suppose, that old and familiar proverb :¹

Less eruditely speak and clearer, please."

And with that preamble he discoursed as follows about the pain and groans of the ailing Stoic:² "Nature," said he, "who produced us, implanted in us and incorporated in the very elements from which we sprang a love and affection for ourselves, to such a degree that nothing whatever is dearer or of more importance to us than ourselves. And this, she thought, would be the underlying principle for assuring the perpetuation of the human race, if each one of us, as soon as he saw the light, should have a knowledge and understanding first of all of those things which the philosophers of old have called τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν, or 'the first principles of nature'; that is, that he might delight in all that was agreeable to his body and shrink from everything disagreeable. Later, with increasing years, reason developed from its first elements, and reflection in taking counsel, and the consideration of honour and true expediency, and a wiser and more careful choice of advantages as opposed to disadvantages; and in this way the dignity of virtue and honour became so pre-eminent and so superior, that any disadvantage from without which prevented our holding and retaining this quality was despised. Nothing was considered truly and wholly good unless it was honourable, and

¹ iii. 181, Arn.

turpe esset existimatum est. Reliqua omnia, quae
 in medio forent ac neque honesta essent neque
 turpia, neque bona esse neque mala decretum est.
 Productiones tamen et relationes suis quaeque
 momentis distinctae divisaeque sunt, quae *προηγμένα*
 et *ἀποπροηγμένα* ipsi vocant. Propterea voluptas
 quoque et dolor, quod ad finem ipsum bene beateque
 vivendi pertinet, et in mediis relictæ et neque in
 8 bonis neque in malis iudicata sunt. Sed enim
 quoniam his primis sensibus doloris voluptatisque
 ante consilii et rationis exortum recens natus homo
 inbutus est et voluptati quidem a natura conciliatus,
 a dolore autem, quasi a gravi quodam inimico, ab-
 iunctus alienatusque est—idcirco adfectiones istas
 primitus penitusque inditas ratio ipsi post addita
 convellere ab stirpe atque extinguere vix potest.
 Pugnat autem cum his semper et exultantis eas
 opprimit obteritque et parere sibi atque oboedire
 9 cogit. Itaque vidistis philosophum, ratione decreti
 sui nixum, cum petulantia morbi dolorisque exultan-
 tia conluctantem, nihil cedentem, nihil confitentem,
 neque ut plerique dolentes solent, eiulantem atque
 lamentantem ac miserum sese et infelicem appellan-
 tem, sed acres tantum anhelitus et robustos gemitus
 edentem, signa atque indicia non victi nec obpressi
 a dolore, sed vincere eum atque obprimere enitentis.
 10 “Sed haut scio,” inquit, “an dicat aliquis, ipsum
 illud quod pugnat, quod gemit, si malum dolor non
 est, cur necesse est gemere et pugnare? Quia enim

¹ Cf. i. 2. 9.

nothing evil unless it is dishonourable. All other things which lay between, and were neither honourable nor dishonourable, were decided to be neither good nor evil.¹ But *productiones* and *relationes*, which the philosophers call *προηγμένα*, or 'things desirable,' and *ἀποπροηγμένα*, or 'things undesirable,' are distinguished and set apart each by their own qualities. Therefore pleasure also and pain, so far as the end of living well and happily is concerned, are regarded as indifferent and classed neither with good nor with evil. But since the newly-born child is endowed with these first sensations of pain and pleasure before the appearance of judgment and reason, and is attracted to pleasure by nature, but averted and alienated from pain, as if from some bitter enemy—therefore reason, which is given to him later, is hardly able to uproot and destroy those inclinations which were originally and deeply implanted in him. Yet he constantly struggles with them, checks and tramples them under foot when they are excessive, and compels them to obey and submit to him. Hence you saw the philosopher, relying upon the efficacy of his system, wrestling with the insolent violence of disease and pain, yielding nothing, admitting nothing; not, as sufferers commonly do, shrieking, lamenting and calling himself wretched and unhappy, but giving vent only to panting breathing and deep sighs, which are signs and indications, not that he is overcome or subdued by pain, but that he is struggling to overcome and subdue it.

"But very likely," said he, "because of the mere fact that he struggles and groans, someone may ask, if pain is not an evil, why it is necessary to groan and struggle? It is because all things which are not

omnia quae non sunt mala molestia quoque omni non ~~ca~~rent, sed sunt pleraque noxa quidem magna et pernicie privata, quia non sunt turpia, contra naturae tamen mansuetudinem lenitatemque opposita sunt et infesta per obscuram quandam et necessariam ipsius naturae consequentiam. Haec ergo vir sapiens tolerare et exanclare¹ potest, non admittere omnino in sensum sui non potest; ἀναλγησία enim atque ἀπάθεια non meo tantum," inquit, "sed quorundam etiam ex eadem porticu prudentiorum hominum, sicuti iudicio Panaetii, gravis atque docti viri, improbata abiecta est.

- 11 "Sed cur contra voluntatem suam gemitus facere cogitur philosophus Stoicus, quem nihil cogi posse dicunt? Nihil sane potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae locus; cum vero natura cogit, ratio quoque a natura data cogitur. Quaere etiam, si videtur, cur manu alicuius ob oculos suos repente agitata invitus coniveat, cur fulgente caelo a luminis iactu non sua sponte et caput et oculos declinet, cur tonitru vehementius facto² sensim pavescat, cur sternumentis quatiatur, cur aut in ardoribus solis
- 12 aestuet aut in pruinis inmanibus obrigescat. Haec enim et pleraque alia non voluntas nec consilium nec ratio moderatur, set naturae necessitatisque decreta sunt.
- 13 "Fortitudo autem non east, quae contra naturam monstri vicem nititur ultraque modum eius egreditur aut stupore animi aut inmanitate aut quadam misera

¹ *Hosius*; cun(c)tari, ω; eluctari, *Madvig*.

² facto, Q; facto sensim, γ; impavescat, *Skutsch*.

¹ That is, they do not involve any guilt.

² Fr. 14, Fowler.

evil are not also wholly lacking in annoyance, but there are very many things which, though free from any great harm or baneful effect, as not being base,¹ are none the less opposed to the gentleness and mercy of nature through a certain inexplicable and inevitable law of nature herself. These, then, a wise man can endure and put up with, but he cannot exclude them altogether from his consciousness; for ἀναλγησία, or 'insensibility,' and ἀπάθεια, or 'lack of feeling,' not only in my judgment," said he, "but also in that of some of the wise men of that same school (such as Panaetius,² a serious and learned man) are disapproved and rejected.

"But why is a Stoic philosopher, upon whom they say no compulsion can be exerted, compelled to utter groans against his will? It is true that no compulsion can be exerted upon a wise man when he has the opportunity of using his reason; but when nature compels, then reason also, the gift of nature, is compelled. Inquire also, if you please, why a man involuntarily winks when someone's hand is suddenly directed against his eyes, why when the sky is lit up by a flash of lightning he involuntarily drops his head and closes his eyes, why as the thunder grows louder he gradually becomes terrified, why he is shaken by sneezing, why he sweats in the heat of the sun or grows cold amid severe frosts. For these and many other things are not under the control of the will, the judgment, or the reason, but are decrees of nature and of necessity.

"Moreover, that is not fortitude which, like a giant, struggles against nature and goes beyond her bounds, either through insensibility of spirit, or

ATTIC NIGHTS OF AULŪS GELLIUS

- et necessaria in perpetiendis doloribus exercitatione—
qualem fuisse accepimus ferum quendam in ludo Cae-
saris gladiatorem, qui, cum vulnera eius a medicis
exsecabantur, ridere solitus fuit—sed ea vera et
proba fortitudost, quam maiores nostri scientiam
esse dixerunt rerum tolerandarum et non toleranda-
14 rum. Per quod apparet esse quaedam intolerabilia,
a quibus fortes viri aut obeundis abhorreant aut
sustinendis.”
- 15 Cum haec Taurus dixisset videreturque in eandem
rem plura etiam dicturus, perventum est ad vehicula
et conscendimus.

VI

De aenigmate.

- 1 **QUAE** Graeci dicunt “aenigmata,” hoc genus
quidam ex nostris veteribus “scirpos” appellaverunt.
Quale est quod nuper invenimus per hercle anti-
quum, perquam lepidum, tribus versibus senariis
compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum,
ut legentium coniecturas in requirendo acueremus.
- 2 Versus tres hi sunt :
- Semel minusne an bis minus sit, nescio ;
An utrumque eorum, ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.
- 3 Hoc qui nolit diutius aput sese quaerere, inveniet
quid sit in M. Varronis *De Sermone Latino ad Marcel-
lum* libro secundo.

¹ Apparently so called from the involved pattern of plaited
rushes.

² The answer is *Terminus*. Once *minus* and twice *minus* =
thrice (*ter*) *minus*. In the *cella* of Jupiter on the Capitolium,

savage pride, or some unhappy and compulsory practice in bearing pain—such as we heard of in a certain savage gladiator of Caesar's school, who used to laugh when his wounds were probed by the doctors—but that is true and noble fortitude which our forefathers called a knowledge of what is endurable and unendurable. From this it is evident that there are some insupportable trials, from the undergoing or endurance of which brave men may shrink."

When Taurus had said this and seemed to intend to say even more, we reached our carriages and entered them.

VI

On the Enigma.

THE kind of composition which the Greeks call "enigmas," some of our early writers called *scirpi*, or "rushes."¹ An example is the enigma composed of three iambic trimeters which I recently found—very old, by Jove! and very neat. I have left it unanswered, in order to excite the ingenuity of my readers in seeking for an answer. The three verses are these:

I know not if he's minus once or twice,
Or both of these, who would not give his place,
As I once heard it said, to Jove himself.

He who does not wish to puzzle himself too long will find the answer² in the second book of Varro's *Latin Language, addressed to Marcellus*.³

or possibly in the *pronaos*, there was a terminal *cippus*, representing Terminus, who refused to be removed from his original site. ³ Fr. 55. G. & S.

VII

Quam ob causam Cn. Dolabella proconsul ream mulierem
veneficii confitentemque ad Ariopagitas reiecerit.

- 1 Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio provin-
ciam Asiam obtinentem, deducta mulier Smyrnaea est.
- 2 Eadem mulier virum et filium eodem tempore venenis
clam datis vita interfecerat atque id fecisse se confi-
tebatur dicebatque habuisse se faciendi causam, quo-
niam idem illi maritus et filius alterum filium
mulieris, ex viro priore genitum, adulescentem opti-
mum et innocentissimum, exceptum insidiis occidis-
sent. Idque ita esse factum, controversia non erat.
- 3 Dolabella retulit ad consilium. Nemo quisquam ex
4 consilio sententiam ferre in causa tam ancipiti aude-
bat, quod et confessum veneficium, quo maritus et
filius necati forent, non admittendum inpunitum
videbatur et digna tamen poena in homines sceleratos
vindictatum fuisset. Dolabella eam rem Athenas ad
5 Ariopagitas, ut ad iudices graviores exercitatioresque,
6 reiecit. Ariopagitae, cognita causa, accusatorem
mulieris et ipsam quae accusabatur centesimo anno
7 adesse iusserunt. Sic neque absolutum mulieris
veneficium est, quod per leges non licuit, neque
nocens damnata poenitaque quae digna venia fuit.
- 8 Scripta haec historiast in libro Valerii Maximi
Factorum et Dictorum Memorabilium nono.

¹ A very ancient court at Athens, so called because it held
its meetings on the Areopagus, or Hill of Mars.

VII

Why Gnaeus Dolabella, the proconsul, referred to the court of the Areopagus the case of a woman charged with poisoning and admitting the fact.

WHEN Gnaeus Dolabella was governing the province of Asia with proconsular authority, a woman of Smyrna was brought before him. This woman had killed her husband and her son at the same time by secretly giving them poison. She confessed the crime, and said that she had reason for it, since her husband and son had treacherously done to death another son of hers by a former husband, an excellent and blameless youth; and there was no dispute about the truth of this statement. Dolabella referred the matter to his council. No member of the council ventured to render a decision in so difficult a case, since the confession of the poisoning which had resulted in the death of the husband and son seemed to call for punishment, while at the same time a just penalty had thereby been inflicted upon two wicked men. Dolabella referred the question to the Areopagites¹ at Athens, as judges of greater authority and experience. The Areopagites, after having heard the case, summoned the woman and her accuser to appear after a hundred years. Thus the woman's crime was not condoned, for the laws did not permit that, nor, though guilty, was she condemned and punished for a pardonable offence. The story is told in the ninth book of Valerius Maximus' work on *Memorable Occurrences and Sayings*.²

¹ viii. 1 amb. 2, Kempf; Gellius' reference is wrong.

VIII

Reditiones in gratiam nobilium virorum memoratu dignae.

- 1 P. AFRICANUS superior et Tiberius Gracchus, Tiberii
et C. Gracchorum pater, rerum gestarum magnitu-
dine et honorum atque vitae dignitate inlustres viri,
dissenserunt saepenumero de republica et ea sive qua
2 alia re non amici fuerunt. Ea simultas cum diu
IT is a circumstance decidedly calling for laughter and ridicule, when many grammarians assert that *necessitudo* and *necessitas* are unlike and different, in that *necessitas* is an urgent and compelling force, but *necessitudo* is a certain right and binding claim of consecrated intimacy, and that this is its only meaning. But just as it makes no difference at all whether you say *suavitus* or *suavitas* (sweetness), *acerbitudo* or *acerbitas* (bitterness), *acritudo* or *acritas* (sharpness), as Accius wrote in his *Neoptolemus*,¹ in the same way no reason can be assigned for separating *necessitudo* and *necessitas*. Accordingly, in the books of the early writers you may often find *necessitudo* used of that which is necessary; but *necessitas* certainly is seldom applied to the law and duty of respect and relationship, in spite of the fact that those who are united by that very law and duty of relationship and intimacy are called *necessarii* (kinsfolk). However, in a speech of Gaius Caesar,² *In Support of the Plautian Law*, I found *necessitas* used for *necessitudo*, that is for the bond of relationship. His words are as follows:³ "To me indeed it seems that, as our kinship (*necessitas*) demanded, I have failed neither in labour, in pains, nor in industry."

I have written this with regard to the lack of dis-

¹ 467, Ribbeck³.

² i.e. Gaius Iulius Caesar.

³ ii., p. 121, Dinter; *O. R. F.*², p. 412.

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

admonitus forte verbi istius, cum legerem Sempronii Asellionis, veteris scriptoris, quartum ex *Historia* librum, in quo de P. Africano, Pauli filio, ita scriptum est: "Nam se patrem suum audisse dicere L. Aemilium Paulum, nimis¹ bonum imperatorem signis conlatis non decertare, nisi summa necessitudo aut summa occasio data esset."

IV

Descripta Alexandri ad matrem Olympiadem epistula; et quid Olympias festive ei rescripserit.²

- 1 IN plerisque monumentis rerum ab Alexandro gestarum, et paulo ante in libro M. Varronis qui inscriptus est *Orestes vel De Insania*, Olympiadem, Philippi uxorem, festivissime rescripsisse legimus
- 2 Alexandro filio. Nam cum is ad matrem ita scripsisset: "Rex Alexander, Iovis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit," Olympias ei rescripsit ad hanc sententiam: "Amabo," inquit, "mi fili, quiescas neque deferas me neque criminere adversum lunonem; malum mihi prorsus illa magnum dabit, cum tu me litteris tuis paelicem esse illi
- 3 confiteris." Ea mulieris scitae atque prudentis erga ferocem filium comitas sensim et comiter admonuisse eum visa est deponendam esse opinionem vanam quam ille ingentibus victoriis et adulantium blandimentis et rebus supra fidem prosperis inbiberat, genitum esse sese de Iove.

¹ minime, *Hosius*, omitting non; he regards L. Aemilius Paulus as a gloss.

² ad matrem . . . rescripserit, supplied by Hertz.

inction between these two words as the result of reading the fourth book of the *History* of Sempronius Asellio, an early writer, in which he wrote as follows about Publius Africanus, the son of Paulus:¹ “For he had heard his father, Lucius Aemilius Paulus, say that a really able general never engaged in a pitched battle, unless the utmost necessity (*necessitudo*) demanded, or the most favourable opportunity offered.”

IV

Copy of a letter of Alexander to his mother Olympias; and Olympias' witty reply.

IN many of the records of Alexander's deeds, and not long ago in the book of Marcus Varro entitled *Orestes or On Madness*, I have read² that Olympias, the wife of Philip, wrote a very witty reply to her son Alexander. For he had addressed his mother as follows: “King Alexander, son of Jupiter Hammon, greets his mother Olympias.” Olympias replied to this effect: “Pray, my son,” said she, “be silent, and do not slander me or accuse me before Juno; undoubtedly she will take cruel vengeance on me, if you admit in your letters that I am her husband's paramour.” This courteous reply of a wise and prudent woman to her arrogant son seemed to warn him in a mild and polite fashion to give up the foolish idea which he had formed from his great victories, from the flattery of his courtiers, and from his incredible success—that he was the son of Jupiter.

¹ Fr. 5, Peter.

² p. 265, Riess.

V

De Aristotele et Theophrasto et Eudemo philosophis ; deque
eleganti verecundia Aristotelis successorem diatribae suae
eligentis.

- 1 ARISTOTELES philosophus, annos iam fere natus duo
et sexaginta, corpore aegro adfectoque ac spe vitae
2 tenui fuit. Tunc omnis eius sectatorum cohors ad
eum accedit, orantes obsecrantesque ut ipse deligeret
loci sui et magisterii successorem, quo post summum
eius diem proinde ut ipso uterentur ad studia
doctrinarum conplenda excolendaque quibus ab eo
3 inbuti fuissent. Erant tunc in eius ludo boni multi,
sed praecipui duo, Theophrastus et Eudemus. In-
genio hi atque doctrinis ceteros praestabant; alter
4 ex insula Lesbo fuit, Eudemus autem Rodo. Ari-
stoteles respondit facturum esse quod vellent, cum
id sibi foret tempestivum.
- 5 Postea brevi tempore, cum idem illi qui de ma-
gistro destinando petierant praesentes essent, vinum
ait quod tum biberet non esse id ex valitudine
sua, sed insalubre esse atque asperum ac propterea
quaeri debere exoticum, vel Rodium aliquod vel
6 Lesbium. Id sibi utrumque ut curarent petivit,
7 usurumque eo dixit quod sese magis iuvisset. Eunt,
8 quaerunt, inveniunt, adferunt. Tum Aristoteles
Rodium petit, degustat: "Firmum," inquit, "hercle
9 vinum et iucundum." Petit mox Lesbium. Quo
item degustato: "Utrumque," inquit, "oppido
10 bonum, sed ἡδίωv ὁ Λέσβιος." Id ubi dixit, nemini
fuit dubium quin lepide simul et verecunde succes-

V

On the philosophers Aristotle, Theophrastus and Eudemus ;
and of the graceful tact of Aristotle in selecting a successor
as head of his school.

THE philosopher Aristotle, being already nearly sixty-two years of age, was sickly and weak of body and had slender hope of life. Then the whole band of his disciples came to him, begging and entreating that he should himself choose a successor to his position and his office, to whom, as to himself, they might apply after his last day, to complete and perfect their knowledge of the studies into which he had initiated them. There were at the time in his school many good men, but two were conspicuous, Theophrastus and Eudemus, who excelled the rest in talent and learning. The former was from the island of Lesbos, but Eudemus from Rhodes. Aristotle replied that he would do what they asked, so soon as the opportunity came.

A little later, in the presence of the same men who had asked him to appoint a master, he said that the wine he was then drinking did not suit his health, but was unwholesome and harsh ; that therefore they ought to look for a foreign wine, something either from Rhodes or from Lesbos. He asked them to procure both kinds for him, and said that he would use the one which he liked the better. They went, sought, found, brought. Then Aristotle asked for the Rhodian and tasting it said: "This is truly a sound and pleasant wine." Then he called for the Lesbian. Tasting that also, he remarked: "Both are very good indeed, but the Lesbian is the sweeter." When he said this, no one doubted that gracefully, and at the same time tactfully, he had

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 11 solem illa voce sibi, non vinum delegisset. Is erat
e Lesbo Theophrastus, suavitate homo insigni
12 linguae pariter atque vitae. Itaque non diu post
Aristotele vita defuncto, ad Theophrastum omnes
concesserunt.

VI

Quid veteres Latini dixerint quas Graeci *προσφῆδίας* appellant ;
item quod vocabulum "barbarismi" non usurpaverint
neque Romani antiquiores neque Attici.

- 1 QUAS Graeci *προσφῆδίας* dicunt, eas veteres docti
tum "notas vocum," tum "moderamenta," tum
2 "accentiunculas," tum "vocationes" appellabant ;
quod nunc autem "barbare" quem loqui dicimus, id
vitium sermonis non "barbarum" esse, sed "rusti-
cum," et cum eo vitio loquentes "rustice" loqui
3 dictitabant. P. Nigidius in *Commentariis Grammaticis* :
"Rusticus fit sermo," inquit, "si adspires perperam."
4 Itaque id vocabulum, quod dicitur vulgo "barbaris-
mus," qui ante divi Augusti aetatem pure atque
integre locuti sunt an dixerint, nondum equidem
inveni.

VII

Diversum de natura leonum dixisse Homerum in carminibus
et Herodotum in historiis.

- 1 LEAENAS inter omnem vitam semel parere eoque
uno partu numquam edere plures quam unum, Hero-

¹ In 322 B.C.

² The Greeks had a pitch accent, pronouncing the accented
syllable with a higher tone.

³ Fr. 39, Swoboda.

⁴ Cf. Catull. lxxxiv.

by those words chosen his successor, not his wine. This was Theophrastus, from Lesbos, a man equally noted for the fineness of his eloquence and of his life. And when, not long after this, Aristotle died,¹ they accordingly all became followers of Theophrastus.

VI

The term which the early Latins used for the Greek word *προσῳδία*; also that the term *barbarismus* was used neither by the early Romans nor by the people of Attica.

WHAT the Greeks call *προσῳδία*, or “tones,”² our early scholars called now *notae vocum*, or “marks of tone,” now *moderamenta*, or “guides,” now *accenticulae*, or “accents,” and now *voculationes*, or “intonations.” But the fault which we designate when we say now that anyone speaks *barbare*, or “outlandishly,” they did not call “outlandish” but “rustic,” and they said that those speaking with that fault spoke “in a countrified manner” (*rustice*). Publius Nigidius, in his *Grammatical Notes*,³ says: “Speech becomes rustic, if you misplace the aspirates.”⁴ Whether therefore those who before the time of the deified Augustus expressed themselves purely and properly used the word *barbarismus* (outlandishness), which is now common, I for my part have not yet been able to discover.

VII

That Homer in his poems and Herodotus in his *Histories* spoke differently of the nature of the lion.

HERODOTUS, in the third book of his *Histories*, has left the statement that lionesses give birth but once during their whole life, and at that one birth that

- 2 dotus in tertia *Historia* scriptum reliquit. Verba ex eo libro haec sunt : Ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὼν ἰσχυρὸν¹ καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἐν τίκτουσα γὰρ συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας. Homerus autem
 3 Icones, sic enim feminas quoque virili genere appellat, quod grammatici ἐπίκοινων vocant, pluris gignere atque educare catulos dicit. Versus, quibus
 4 hoc aperte demonstrat, hi sunt :

Εἰστήκει, ὡς τίς τε λέων περὶ οἴσι τέκεσσιν,
 Ὅτι ῥά τε νήπι' ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ
 Ἄνδρες ἐπακτῆρες.

- 5 Item alio in loco idem significat :

Πυκνὰ μάλα στενάχων· ὡς τε λῆς ἠνγείκειος,
 Ὅτι ῥά θ' ὑπὸ σκύμνους ἐλαφηβόλος ἀρπάσῃ ἀνὴρ
 Ὑλῆς ἐκ πυκινῆς.

- 6 Ea nos dissensio atque diversitas cum agitaret inclutissimi poetarum et historicorum nobilissimi, placuit libros Aristotelis philosophi inspicere quos *De Animalibus* exquisitissime composuit. In quibus quod super ista re scriptum invenerimus, cum ipsius Aristotelis verbis in his commentariis scribemus.²

¹ ἰσχυρότατον, *Hdt.*

² *Aristotle's words in Hist. Anim. vi. 31, p. 579, are added in σ; omitted by ω.*

¹ iii. 108.

² *Iliad*, xvii. 133.

³ *Iliad*, xviii. 318.

⁴ The passage is not quoted; see critical note. Aristotle tells us that the lioness gives birth to young every year,

they never produce more than one cub. His words in that book are as follows:¹ "But the lioness, although a strong and most courageous animal, gives birth once only in her lifetime to one cub; for in giving birth she discharges her womb with the whelp." Homer, however, says that lions (for so he calls the females also, using the masculine or "common" (epicene) gender, as the grammarians call it) produce and rear many whelps. The verses in which he plainly says this are these:²

He stood, like to a lion before its young,
Beset by hunters in a gloomy wood
And leading them away.

In another passage also he indicates the same thing:³

With many a groan, like lion of strong beard,
From which a hunter stole away its young
Amid dense woods.

Since this disagreement and difference between the most famous of poets and the most eminent of historians troubled me, I thought best to consult that very thorough treatise which the philosopher Aristotle wrote *On Animals*. And what I find that he has written there upon this subject I shall include in these notes, in Aristotle's own language.⁴

usually two, at most six, sometimes only one. The current idea that the womb is discharged with the young is absurd; it arose from the fact that lions are rare and that the inventor of the story did not know the real reason, which is that their habitat is of limited extent. The lionesses in Syria give birth five times, producing at first five cubs, then one less at each successive birth.

VIII

Quod Afranius poeta prudenter et lepide Sapientiam filiam esse Usus et Memoriae dixit.

- 1 EXIMIE hoc atque verissime Afranius poeta de gignenda comparandaque Sapientia opinatus est,
 2 quod eam filiam esse Usus et Memoriae dixit. Eo namque argumento demonstrat, qui sapiens rerum esse humanarum velit, non libris solis neque disciplinis rhetoricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum versari quoque exerceri in rebus comminus noscendis periclitandisque eaque omnia acta et eventa firmiter meminisse et proinde sapere atque consulere ex his quae pericula ipsa rerum docuerint, non quae libri tantum aut magistri per quasdam inanitates verborum et imaginum tamquam
 3 in mimo aut in somnio deliraverint.¹ Versus Afrani sunt in togata, cui *Sellae* nomen est :

Usús me genuit, máter peperit Mémo-
 riam, vos Sapiéntiam.

- 4 Item versus est in eandem ferme sententiam Pacuvii, quem Macedo philosophus, vir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum :

Ego odi² homines ignava opera et philosopha
 senténtia.

- 5 Nihil enim fieri posse indignius neque intolerantius dicebat quam quod homines ignavi ac desides, operti barba et pallio, mores et emolumenta philosophiae

¹ delectaverint, *ω* ; corrected by *Ott* ; delineaverint, *Kronenberg* (cf. *Cic. N. D.* i. 75).

² ergo or odi ego, *Bothe*.

VIII

That the poet Afranius wisely and prettily called Wisdom
the daughter of Experience and Memory.

THAT was a fine and true thought of the poet Afranius about the birth of Wisdom and the means of acquiring it, when he said that she was the daughter of Experience and Memory. For in that way he shows that one who wishes to be wise in human affairs does not need books alone or instruction in rhetoric and dialectics, but ought also to occupy and train himself in becoming intimately acquainted with and testing real life, and in firmly fixing in his memory all such acts and events; and accordingly he must learn wisdom and judgment from the teaching of actual experience, not from what books only, or masters, through vain words and fantasies, have foolishly represented as though in a farce or a dream. The verses of Afranius are in a Roman comedy called *The Chair*:¹

My sire Experience was, me Memory bore,
In Greece called Sophia, Wisdom in Rome.

There is also a line of Pacuvius to about the same purport, which the philosopher Macedo, a good man and my intimate friend, thought ought to be written over the doors of all temples:²

I hate base men who preach philosophy.

For he said that nothing could be more shameful or insufferable than that idle, lazy folk, disguised with beard and cloak, should change the character and

¹ 298, Ribbeck².

² 348, Ribbeck³.

in linguae verborumque artes converterent et vitia facundissime accusarent, intercutibus ipsi vitiis madentes.

IX

Quid Tullius Tiro in commentariis scripserit de "Suculis" et "Hyadibus," quae sunt stellarum vocabula.

1 TULLIUS TIRO M. Ciceronis alumnus et libertus
 2 adiutorque in litteris studiorum eius fuit. Is libros
 compluris de usu atque ratione linguae Latinae,
 item de variis atque promiscis quaestionibus com-
 3 posuit. In his esse praecipui videntur quos Graeco
 titulo Πανδέκτας inscripsit, tamquam omne rerum
 4 atque doctrinarum genus continentis. Ibi de his
 stellaris quae appellantur "suculae" hoc scriptum
 est: "Adeo," inquit, "veteres Romani litteras
 Graecas nesciverunt et rudes Graecae linguae fue-
 runt, ut stellas quae in capite tauri sunt propterea
 'suculas' appellarint, quod eas Graeci ὑάδας vocant,
 tamquam id verbum Latinum Graeci verbi interpre-
 tamentum sit, quia quae¹ Graece ὑες, 'sues'
 Latinè dicantur. Sed ὑάδες," inquit, "οὐκ ἀπὸ τῶν
 ὑῶν (id est, non a subus), ita ut nostri opici puta-
 verunt, sed ab eo quod est ὑεῖν, appellantur; nam
 et cum oriuntur et cum occidunt, tempestates pluvias
 largosque imbres cient. Pluere autem Graeca lingua
 ὑεῖν dicitur."

5 Haec quidem Tiro in *Pandectis*. Sed enim veteres
 nostri non usque eo rupices et agrestes fuerunt, ut

¹ quae added by Skutsch.

¹ Literally, all-embracing.

² pp. 7 ff. Lion.

advantages of philosophy into tricks of the tongue and of words, and, themselves saturated with vices, should eloquently assail vice.

IX

What Tullius Tiro wrote in his commentaries about the *Suculae*, or "Little Pigs," and the *Hyades*, which are the names of constellations.

TULLIUS TIRO was the pupil and freedman of Marcus Cicero and an assistant in his literary work. He wrote several books on the usage and theory of the Latin language and on miscellaneous questions of various kinds. Pre-eminent among these appear to be those to which he gave the Greek title Πανδέκται,¹ implying that they included every kind of science and fact. In these he wrote the following about the stars which are called the *Suculae*, or "Little Pigs":² "The early Romans," says he, "were so ignorant of Grecian literature and so unfamiliar with the Greek language, that they called those stars which are in the head of the Bull *Suculae*, or 'The Little Pigs,' because the Greeks call them ὑάδες; for they supposed that Latin word to be a translation of the Greek name because ὑες in Greek is *sues* in Latin. But the ὑάδες," says he, "are so called, οὐκ ἀπὸ τῶν ὑῶν (that is, not from pigs), as our rude forefathers believed, but from the word ὑεῖν; for both when they rise and when they set they cause rainstorms and heavy showers. And *pluere*, (to rain) is expressed in the Greek tongue by ὑεῖν."

So, indeed, Tiro in his *Pandects*. But, as a matter of fact, our early writers were not such boors and

stellas hyadas idcirco "suculas" nominarent, quod ὕες Latine "sues" dicantur; sed ut quod Graeci ὑπέρ, nos "super" dicimus, quod illi ὑπτιος, nos "supinus," quod illi ὑφορβός, nos "subulcus," quod item illi ὕπνος, nos primo "sypnus," deinde per *y* Graecae Latinaeque o¹ litterae cognationem "sompnus": sic quod ab illis ὑάδες, a nobis primo "syades," deinde "suculae" appellatae.

- 6 Stellae autem istae non in capite tauri sunt, ut Tiro dicit, nullum enim videtur praeter eas stellas tauri caput, set hae ita circulo qui "zodiacus" dicitur sitae locataeque sunt, ut ex earum positu species quaedam et simulacrum esse videatur tauri capitis, sicuti ceterae partes et reliqua imago tauri conformata et quasi depicta est locis regionibusque earum stellarum quas Graeci Πλειάδας, nos "Vergilias" vocamus.

X

Quid "sororis" ἔτυμον esse dixerit Labeo Antistius, et quid "fratris" P. Nigidius.

- 1 LABEO ANTISTIUS iuris quidem civilis disciplinam principali studio exercuit et consulentibus de iure publice responsitavit; ceterarum quoque bonarum artium non expers fuit et in grammaticam sese atque dialecticam litterasque antiquiores altioresque penetraverat Latinarumque vocum origines rationesque percalluerat, eaque praecipue scientia ad enodandos
2 plerosque iuris laqueos utebatur. Sunt adeo libri

¹ o added in σ; litterae cum o littera, *Hertz*.

clowns as to give to the stars called *hyades* the name of *suculae*, or "little pigs," because $\upsilon\epsilon\varsigma$ are called *sues* in Latin; but just as what the Greeks call $\upsilon\pi\acute{\epsilon}\rho$ we call *super*, what they call $\upsilon\pi\tau\iota\omicron\varsigma$ we call *supinus*, what they call $\upsilon\phi\omicron\rho\beta\acute{\omicron}\varsigma$ we call *subulcus*, and finally, what they call $\upsilon\pi\nu\omicron\varsigma$ we call first *sypnus*, and then, because of the kinship of the Greek letter γ and the Latin o , *somnus*—just so, what they call $\upsilon\acute{\alpha}\delta\epsilon\varsigma$ were called by us, first *syades*, and then *suculae*.

But the stars in question are not in the head of the Bull, as Tiro says, for except for those stars the Bull has no head; but they are so situated and arranged in the circle that is called the "zodiac," that from their position they seem to present the appearance and semblance of a bull's head, just as the other parts, and the rest of the figure of the Bull, are formed and, as it were, pictured by the place and location of those stars which the Greeks call $\Pi\lambda\epsilon\iota\acute{\alpha}\delta\epsilon\varsigma$ and we, *Vergiliae*.

X

The derivation of *soror*, according to Antistius Labeo, and that of *frater*, according to Publius Nigidius.

ANTISTIUS LABEO cultivated the study of civil law with special interest, and gave advice publicly to those who consulted him on legal questions; he was also not unacquainted with the other liberal arts, and he had delved deep into grammar and dialectics, as well as into the earlier and more recondite literature. He had also become versed in the origin and formation of Latin words, and applied that knowledge in particular to solving many knotty points of law. In fact, after his death works of his were published,

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- post mortem eius editi, qui *Posteriores* inscribuntur, quorum librorum tres continui, tricesimus octavus et tricesimus nonus et quadragesimus, pleni sunt id genus rerum ad enarrandam et inlustrandam linguam
- 3 Latinam conducentium. Praeterea in libris quos *Ad Praetoris Edictum* scripsit multa posuit, partim lepide atque argute reperta. Sicuti hoc est quod in quarto *Ad Edictum* libro scriptum legimus: “ ‘ Soror, ’ ” inquit, “ appellata est, quod quasi seorsum nascitur separaturque ab ea domo in qua nata est et in aliam familiam transgreditur.”
- 4 “ Fratris ” autem vocabulum P. Nigidius, homo impense doctus, non minus arguto subtilique ἐτύμῳ interpretatur: “ ‘ Frater, ’ ” inquit, “ est dictus quasi ‘ fere alter. ’ ”

XI

Quem M. Varro aptum iustumque esse numerum convivarum existimarit ; ac de mensis secundis et de bellariis.

- 1 LEPIDISSIMUS liber est M. Varronis ex *Satiris Menippeis*, qui inscribitur *Nescis Quid Vesper Serus Vehat*, in quo disserit de apto convivarum numero
- 2 deque ipsius convivii habitu cultuque. Dicit autem, convivarum numerum incipere oportere a Gratiarum numero et progredi ad Musarum, id est proficisci a

¹ Fr. 26, Huschke ; ² Bremer (ii, p. 85).

² That is to say, by marriage. ³ Fr. 50, Swoboda.

⁴ These derivations are, of course, purely fanciful ; *soror* and *frater* are cognate with “ sister ” and “ brother, ” and are not of Latin derivation.

which are entitled *Posteriores*, of which three successive books, the thirty-eighth, thirty-ninth and fortieth, are full of information of that kind, tending to explain and illustrate the Latin language. Moreover, in the books which he wrote *On the Praetor's Edict* he has included many observations, some of which are graceful and clever. Of such a kind is this, which we find written in the fourth book *On the Edict*:¹ "A *soror*, or 'sister,'" he says, "is so called because she is, as it were, born *seorsum*, or 'outside,' and is separated from that home in which she was born, and transferred to another family."²

Moreover, Publius Nigidius, a man of prodigious learning, explains the word *frater*, or "brother," by a no less clever and ingenious derivation:³ "A *frater*," he says, "is so called because he is, as it were, *fere alter*, that is, 'almost another self.'"⁴

XI

Marcus Varro's opinion of the just and proper number of banqueters; his views about the dessert and about sweetmeats.

THAT is a very charming book of Marcus Varro's, one of his *Menippean Satires*, entitled *You know not what the Late Evening may Bring*,⁵ in which he descants upon the proper number of guests at a dinner, and about the order and arrangement of the entertainment itself. Now he says⁶ that the number of the guests ought to begin with that of the Graces and end with that of the Muses; that is,

⁵ Apparently a proverbial expression; cf. Virg. *Georg.* i. 461, *Denique, quid vesper serus vehat . . . sol tibi signa dabit.*

⁶ Fr. 333, Bücheler.

tribus et consistere in novem, ut, cum paucissimi
 convivae sunt, non pauciores sint quam tres, cum
 3 plurimi, non plures quam novem. "Nam multos,"
 inquit, "esse non convenit, quod turba plerumque
 est turbulenta et Romae quidem stat,¹ sedet Athenis,
 nusquam autem cubat. Ipsum deinde convivium
 constat," inquit, "ex rebus quattuor et tum denique
 omnibus suis numeris absolutum est, si belli homun-
 culi conlecti sunt, si electus locus, si tempus lectum,
 si apparatus non neglectus. Nec loquaces autem,"
 inquit, "convivas nec mutos legere oportet, quia
 eloquentia in foro et aput subsellia, silentium vero
 4 non in convivio, set in cubiculo esse debet." Ser-
 mones igitur id temporis habendos censet non super
 rebus anxiis aut tortuosis, sed iucundos atque in-
 vitabiles et cum quadam inlecebra et voluptate
 utiles, ex quibus ingenium nostrum venustius fiat et
 5 amoenius. "Quod profecto," inquit, "eveniet, si
 de id genus rebus ad communem vitae usum perti-
 nentibus confabulemur, de quibus in foro atque in
 negotiis agendi non est otium. Dominum autem,"
 inquit, "convivii esse oportet non tam lautum, quam
 sine sordibus," et: "In convivio legi nec² omnia
 debent, sed³ ea potissimum, quae simul sint
 βιωφελῆ et delectent."

¹ stat, *Hertz*; constat, *MSS.*; concio stat, *Boot.*

² nec, *Gell. i. 22. 5*; non, *MSS.*

³ et, *Gell. i. 22. 5.*

¹ There is a word-play on *turba* and *turbulenta*, which it seems difficult to reproduce. Cf. Ausonius, p. 12, 146, Peiper; i., p. 22, *L. C. L.*:

Quinque advocavi; sex enim convivium
 Cum rege iustum; si super, convicium est.

it should begin with three and stop at nine, so that when the guests are fewest, they should not be less than three, when they are most numerous, not more than nine. "For it is disagreeable to have a great number, since a crowd is generally disorderly,¹ and at Rome it stands,² at Athens it sits, but nowhere does it recline. Now, the banquet itself," he continues, "has four features, and then only is it complete in all its parts: if a nice little group has been got together, if the place is well chosen, the time fit, and due preparation not neglected. Moreover, one should not," he says, "invite either too talkative or too silent guests, since eloquence is appropriate to the Forum and the courts, but silence to the bedchamber and not to a dinner." He thinks, then, that the conversation at such a time ought not to be about anxious and perplexing affairs, but diverting and cheerful, combining profit with a certain interest and pleasure, such conversation as tends to make our character more refined and agreeable. "This will surely follow," he says, "if we talk about matters which relate to the common experience of life, which we have no leisure to discuss in the Forum and amid the press of business. Furthermore, the host," he says, "ought rather to be free from meanness than over-elegant," and, he adds: "At a banquet not everything should be read,³ but such things as are at once edifying and enjoyable."

¹ Referring to *turba* as the throng of citizens in public assembly.

² Readings or music were common forms of entertainment at a Roman dinner (cf. e.g. Pliny, *Epist.* iii. 1. 9). *Legi*, however, may have the meaning of *legere* in § 3 (end), in which case the reference would be to the viands and *βιωφελῆ* would mean "wholesome."

- 6 Neque non de secundis quoque mensis, cuiusmodi esse eas oporteat, praecipit. His enim verbis utitur : “Bellaria,” inquit, “ea maxime sunt mellita, quae mellita non sunt; πέμμασιν enim cum πέψει societas infida.”
- 7 Quod Varro hoc in loco dixit “bellaria,” ne quis forte in ista voce haereat, significat id vocabulum omne mensae secundae genus. Nam quae πέμματα Graeci aut τραγήματα dixerunt, ea veteres nostri “bellaria” appellaverunt. Vina quoque dulciora est invenire in comoediis antiquioribus hoc nomine appellata dictaque esse ea “Liberi bellaria.”

XII

Tribunos plebis pansionem habere, vocationem non habere.

- 1 IN quadam epistula Atei Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atque morum populi Romani iurisque civilis doctum adprime fuisse.
- 2 “Sed agitabat,” inquit, “hominem libertas quaedam nimia atque vecors usque eo ut, divo Augusto iam principe et rempublicam obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod iussum sanctum-
- 3 que esse in Romanis antiquitatibus legisset,” ac deinde narrat, quid idem Labeo per viatorem a
- 4 tribunis plebi vocatus responderit : “Cum a muliere,” inquit, “quadam tribuni plebis adversum eum aditi,

¹ An example of Varro's fondness for word-plays ; “sweetest” is used in the double sense of sweetest to the taste and pleasantest in their after-effects.

² *mensa secunda bellariorum* occurs in the *Transactions of the Arval Brethren* for May 27, A.D. 218.

And he does not omit to tell what the nature of the dessert ought to be. For he uses these words: "Those sweetmeats (*bellaria*) are sweetest which are not sweet;¹ for harmony between delicacies and digestion is not to be counted upon."

That no one may be puzzled by the word *bellaria* which Varro uses in this passage, let me say that it means all kinds of dessert. For what the Greeks called *πέμματα* or *τραγήματα*, our forefathers called *bellaria*.² In the earlier comedies³ one may find this term applied also to the sweeter wines, which are called *Liberi bellaria*, or "sweetmeats of Bacchus."

XII

That the tribunes of the commons have the right to arrest,
but not to summon.

IN one of the letters of Ateius Capito we read⁴ that Antistius Labeo was exceedingly learned in the laws and customs of the Roman people and in the civil law. "But," he adds, "an excessive and mad love of freedom possessed the man, to such a degree that, although the deified Augustus was then emperor and was ruling the State, Labeo looked upon nothing as lawful and accepted nothing, unless he had found it ordered and sanctioned by the old Roman law." He then goes on to relate the reply of this same Labeo, when he was summoned by the messenger of a tribune of the commons. He says: "When the tribunes of the commons had been appealed to by a woman against Labeo and had sent to him at

¹ p. 144, 65, Ribbeck³.

⁴ Fr. 19, Huschke: ii. p. 287, Bremer.

in Gallianum ad eum misissent, ut veniret et mulieri responderet, iussit eum qui missus erat redire et tribunis dicere ius eos non habere neque se neque alium quemquam vocandi, quoniam moribus maiorum tribuni plebis prensionem haberent, vocationem non haberent; posse igitur eos venire et prendi se iubere, sed vocandi absentem ius non habere.”

- 5 Cum hoc in ea Capitonis epistula legissemus, id ipsum postea in M. Varronis *Rerum Humanarum* uno et vicesimo libro enarratius scriptum invenimus, verbaque ipsa super ea re Varronis adscripsimus:
- 6 “In magistratu,” inquit, “habent alii vocationem, alii prensionem, alii neutrum; vocationem, ut consules et ceteri qui habent imperium; prensionem, ut tribuni plebis et alii qui habent viatorem; neque vocationem neque prensionem, ut quaestores et ceteri qui neque lictorem habent neque viatorem. Qui vocationem habent, idem prendere, tenere, abducere possunt, et haec omnia sive adsunt quos vocant sive acciri iusserunt. Tribuni plebis vocationem habent nullam, neque minus multi imperiti, proinde atque haberent, ea sunt usi; nam quidam non modo privatum, sed etiam consulem, in rostra vocari iusserunt. Ego triumvirum, vocatus a Porcio, tribuno plebis, non ivi, auctoribus principibus, et vetus ius tenui. Item tribunus cum essem, vocari

¹ Probably Labeo's country place. He spent half the year in retirement (*Dig.* i. 2. 2. 47), and *praedia Galliana* are mentioned in *C.I.L.* iii. 536, and ix. 1455, col. iii, lines 62—64.

² Fr. 2, Mirsch. ³ The right of commanding an army conferred by the *Lex Curiata de imperio* on the dictator, consuls,

the Gallianum¹ bidding him come and answer the woman's charge, he ordered the messenger to return and say to the tribunes that they had the right to summon neither him nor anyone else, since according to the usage of our forefathers the tribunes of the commons had the power of arrest, but not of summons; that they might therefore come and order his arrest, but they did not have the right to summon him when absent."

Having read this in that letter of Capito's, I later found the same statement made more fully in the twenty-first book of Varro's *Human Antiquities*, and I have added Varro's own words on the subject:² "In a magistracy" says he, "some have the power of summons, others of arrest, others neither; summoning, for example, belongs to the consuls and others possessing the *imperium*³; arrest, to the tribunes of the commons and the rest who are attended by a messenger; neither summoning nor arrest to the quaestors and others who have neither a lictor nor a messenger. Those who have the power of summons may also arrest, detail, and lead off to prison, all this whether those whom they summon are present or are sent for by their order. The tribunes of the commons have no power of summons, nevertheless many of them in ignorance have used that power, as if they were entitled to it; for some of them have ordered, not only private persons, but even a consul to be summoned before the rostra. I myself, when a triumvir,⁴ on being summoned by Porcius, tribune of the commons, did not appear, following the authority of our leading men, but I held to the old law. Similarly, when I was a tribune, I ordered

magister equitum and praetors.

⁴ That is, one of the *triumviri capitales*, a minor office.

neminem iussi, nec vocatum a conlega parere invitum."

- 7 Huius ego iuris quod M. Varro tradit Labeonem
arbitror vana tunc fiducia, cum privatus esset, voca-
8 tum a tribunis non isse. Quæ, malum, autem ratio
fuit vocantibus nolle obsequi quos confiteare ius
habere prendendi? Nam qui iure prendi potest et
9 in vincula duci potest. Sed quaerentibus nobis
quam ob causam tribuni, qui haberent summam
coercendi potestatem, ius vocandi non habuerint . . . ,
quod tribuni plebis antiquitus creati videntur non
iuri dicundo nec causis querelisque de absentibus
noscendis, sed intercessionibus faciendis quibus usus
praesens fuisset, ut iniuria quae coram fieret arce-
retur; ac propterea ius abnoctandi ademptum,
quoniam, ut vim fieri vetarent, adsiduitate eorum et
praesentium oculis opus erat.

XIII

Quod in libris *Humanarum*¹ M. Varronis scriptum est aediles
et quaestores populi Romani in ius a privato ad praetorem
vocari posse.

- 1 CUM ex angulis secretisque librorum² ac magistro-
rum in medium iam hominum et in lucem fori prod-

¹ *Humanarum Rerum, Damsté.*

² *ludorum, Eussner.*

¹ That is, he had not yet held a magisterial office.

no one to be summoned, and required no one who was summoned by one of my colleagues to obey, unless he wished."

I think that Labeo, being a private citizen at the time,¹ showed unjustified confidence in that law of which Marcus Varro has written, in not appearing when summoned by the tribunes. For how the mischief was it reasonable to refuse to obey those whom you admit to have the power of arrest? For one who can lawfully be arrested may also be taken to prison. But since we are inquiring why the tribunes, who had full power of coercion, did not have the right to summon . . .² because the tribunes of the commons seem to have been elected in early times, not for administering justice, nor for taking cognizance of suits and complaints when the parties were absent, but for using their veto-power when there was immediate need, in order to prevent injustice from being done before their eyes; and for that reason the right of leaving the city at night was denied them, since their constant presence and personal oversight were needed to prevent acts of violence.

XIII

That it is stated in Marcus Varro's books on *Human Antiquities* that the aediles and quaestors of the Roman people might be cited before a praetor by a private citizen.

WHEN from the secluded retreat of books and masters I had come forth among men and into the light of the forum, I remember that it was the

² There seems to be a lacuna in the text. Supply "we may assume that it was," or something similar.

issem, quaesitum esse memini in plerisque Romae stationibus ius publice docentium aut respondentium, an quaestor populi Romani a praetore in ius vocari
 2 posset. Id autem non ex otiosa quaestione agita-
 batur, sed usus forte natae rei ita erat, ut vocandus
 3 esset in ius quaestor. Non pauci igitur existimabant
 ius vocationis in eum praetori non esse, quoniam
 magistratus populi Romani procul dubio esset et
 neque vocari neque, si venire nollet, capi atque
 4 prendi, salva ipsius magistratus maiestate, posset.
 Sed ego, qui tum adsiduus in libris M. Varronis fui,
 cum hoc quaeri dubitarique animadvertissem, protuli
 unum et vicesimum *Rerum Humanarum*, in quo ita
 scriptum fuit: "Qui potestatem neque vocationis
 populi viritim habent neque prensionis, eos magistra-
 tus a privato in ius quoque vocari est potestas. M.
 Laevinus, aedilis curulis, a privato ad praetorem in
 ius est eductus; nunc stipati servis publicis non
 modo prendi non possunt, sed etiam ultro submovent
 populum."
 5 Hoc Varro in ea libri parte de aedilibus, supra
 autem in eodem libro quaestores neque vocationem
 6 habere neque prensionem dicit. Utraque igitur libri
 parte recitata, in Varronis omnes sententiam con-
 cesserunt, quaestorque in ius ad praetorem vocatus
 est.

¹ From his bookcase.

² Fr. 3, Mirsch.

subject of inquiry in many of the quarters frequented by those who gave public instruction in law, or offered counsel, whether a quaestor of the Roman people could be cited by a praetor. Moreover, this was not discussed merely as an academic question, but an actual instance of the kind had chanced to arise, in which a quaestor was to be called into court. Now, not a few men thought that the praetor did not have the right to summon him, since he was beyond question a magistrate of the Roman people and could neither be summoned, nor if he refused to appear could he be taken and arrested without impairing the dignity of the office itself which he held. But since at that time I was immersed in the books of Marcus Varro, as soon as I found that this matter was the subject of doubt and inquiry, I took down¹ the twenty-first book of his *Human Antiquities*, in which the following is written:² "It is lawful for those magistrates who have the power neither of summoning the people as individuals nor of arrest, even to be called into court by a private citizen. Marcus Laevinus, a curule aedile, was cited before a praetor by a private citizen; to-day, surrounded as they are by public servants, aediles not only may not be arrested, but even presume to disperse the people."

This is what Varro says in the part of his work which concerns the aediles, but in an earlier part of the same book he says³ that quaestors have the right neither to summon nor to arrest. Accordingly, when both parts of the book had been read, all came over to Varro's opinion, and the quaestor was summoned before the praetor.

³ See xiii. 12. 6, above.

XIV

Quid sit "pomerium."

- 1 "POMERIUM" quid esset augures populi Romani qui libros *De Auspiciis* scripserunt istiusmodi sententia definierunt: "Pomerium est locus intra agrum effatum per totius urbis circuitum pone muros regionibus certis determinatus, qui facit finem
- 2 urbani auspicii." Antiquissimum autem pomerium, quod a Romulo institutum est, Palatini montis radicibus terminabatur. Sed id pomerium pro incrementis reipublicae aliquotiens prolatum est et multos
- 3 editosque collis circumplexum est. Habebat autem ius proferendi pomerii qui populum Romanum agro de hostibus capto auxerat.
- 4 Propterea quaesitum est, ac nunc etiam in quaestione est, quam ob causam ex septem urbis montibus, cum ceteri sex intra pomerium sint, Aventinus solum, quae pars non longinqua nec infrequens est, extra pomerium sit, neque id Servius Tullius rex neque Sulla, qui proferendi pomerii titulum quaesivit, neque postea divus Iulius, cum pomerium proferret, intra effatos urbi fines incluserint.
- 5 Huius rei Messala aliquot causas videri scripsit; sed praeter eas omnis ipse unam probat, quod in eo monte Remus urbis condendae gratia auspicaverit avesque inritas habuerit superatusque in auspicio a

¹ That is to say, the *pomerium* separated the *ager Romanus*, or country district, from the city. The auspices could be taken only within the *pomerium*. When a furrow was drawn and the earth turned inward to mark the line of the city walls, the furrow represented the *pomerium*. On the derivation of the word see *T.A.P.A.* xliv. 19 ff.

XIV

The meaning of *pomerium*.

THE augurs of the Roman people who wrote books *On the Auspices* have defined the meaning of *pomerium* in the following terms: "The *pomerium* is the space within the rural district designated by the augurs along the whole circuit of the city without the walls, marked off by fixed bounds and forming the limit of the city auspices."¹ Now, the most ancient *pomerium*, which was established by Romulus, was bounded by the foot of the Palatine hill. But that *pomerium*, as the republic grew, was extended several times and included many lofty hills. Moreover, whoever had increased the domain of the Roman people by land taken from an enemy had the right to enlarge the *pomerium*.

Therefore it has been, and even now continues to be, inquired why it is that when the other six of the seven hills of the city are within the *pomerium*, the Aventine alone, which is neither a remote nor an unfrequented district, should be outside the *pomerium*; and why neither king Servius Tullius nor Sulla, who demanded the honour of extending the *pomerium*, nor later the deified Julius, when he enlarged the *pomerium*, included this within the designated limits of the city.

Messala wrote² that there seemed to be several reasons for this, but above them all he himself approved one, namely, because on that hill Remus took the auspices with regard to founding the city, but found the birds unpropitious and was less

¹ Fr. 3, Huschke; id., Bremer (ii, p. 265).

ATTIC NIGHTS OF AULUS GELLIUS

- 6 Romulo sit: "Idcirco," inquit, "omnes qui pomerium protulerunt montem istum excluserunt, quasi avibus obscenis ominosum."
- 7 Sed de Aventino monte praetermittendum non putavi quod non pridem ego in Elydis,¹ grammatici veteris, *Commentario* offendi, in quo scriptum erat Aventinum antea, sicuti diximus, extra pomerium exclusum, post auctore divo Claudio receptum et intra pomerii fines observatum.

XV

Verba ex libro Messalae auguris, quibus docet qui sint minores magistratus, et consulem praetoremque conlegas esse; et quaedam alia de auspiciis.

- 1 IN edicto consulum, quo edicunt quis dies comitiis centuriatis futurus sit, scribitur ex vetere forma perpetua: "Ne quis magistratus minor de caelo servasse
2 velit." Quaeri igitur solet qui sint magistratus mi-
3 nores. Super hac re meis verbis nil opus fuit, quoniam liber M. Messalae auguris *De Auspiciis*
4 primus, cum hoc scriberemus, forte adfuit. Propterea ex eo libro verba ipsius Messalae subscripsimus: "Patriciorum auspicia in duas sunt divisa potes-

¹ Felicis, *Mercklin*; Heraclidis, *Hertz*; Epelydis, *Bergk*; some one of the Aelii, *Hosius*.

¹ The name is obviously corrupt; see critical note.

² That is, for omens.

successful in his augury than Romulus. "Therefore," says he, "all those who extended the pomerium excluded that hill, on the ground that it was made ill-omened by inauspicious birds."

But speaking of the Aventine hill, I thought I ought not to omit something which I ran across recently in the *Commentary* of Elys,¹ an early grammarian. In this it was written that in earlier times the Aventine was, as we have said, excluded from the pomerium, but afterwards by the authority of the deified Claudius it was admitted and honoured with a place within the limits of the pomerium.

XV

A passage from the book of the augur Messala, in which he shows who the minor magistrates are and that the consul and the praetor are colleagues; and certain observations besides on the auspices.

IN the edict of the consuls by which they appoint the day for the centuriate assembly it is written in accordance with an old established form: "Let no minor magistrate presume to watch the skies."² Accordingly, the question is often asked who the minor magistrates are. On this subject there is³ no need for words of mine, since by good fortune the first book of the augur Messala *On Auspices* is at hand, when I am writing this. Therefore I quote from that book Messala's own words:⁴ "The auspices of the patricians are divided into two classes. The

² This and the following verbs seem to be in epistolary past tenses; that is, Gellius uses the tenses which would represent the time from the standpoint of his future readers.

⁴ Fr. 1, Huschke; 1^a, Bremer (i, p. 263).

tates. Maxima sunt consulum, praetorum, censorum. Neque tamen eorum omnium inter se eadem aut eiusdem potestatis, ideo quod conlegae non sunt censores consulum aut praetorum, praetores consulum sunt. Ideo neque consules aut praetores censoribus neque censores consulibus aut praetoribus turbant aut retinent auspicia; at censores inter se, rursus praetores consulesque inter se, et vitiant et obtinent. Praetor, etsi conlega consulis est, neque praetorem neque consulem iure rogare potest, ut quidem nos a superioribus accepimus aut ante haec tempora servatum est et ut in *Commentario* tertio decimo C. Tuditani patet, quia imperium minus praetor, maius habet consul, et a minore imperio maius aut maior a minore¹ conlega rogari iure non potest. Nos his temporibus, praetore praetores creante, veterum auctoritatem sumus secuti neque his comitiis in auspicio fuimus. Censores aequae non eodem rogantur auspicio atque consules et praetores. Reliquorum magistratum minora sunt auspicia. Ideo illi 'minores,' hi 'maiores' magistratus appellantur. Minoribus creatis magistratibus, tributis comitiis magistratus, sed iustus curiata datur lege; maiores centuriatis comitiis fiunt."

5 Ex his omnibus verbis Messalae manifestum fit,
